

1720. VORLÄUFIGER ARBEITSTITEL: AUS UND ZU JOHANN VON FELDEN,
TRACTATUS DE SCIENTIA INTERPRETANDI

Vorläufige Datierung: [1679 bis 1689]

Überlieferung:

- 5 L Auszug mit Bemerkungen aus einem nicht gefundenen Manuskript von Johann von Felden:
 LH IV 7B, 3 Bl. 28–39. 6 Bog. 2°. 24 S.

bearbeitet von Henrik Wels u. Lucia Oliveri

- [Anhaltspunkte zur Datierung:] Bei unserem Stück handelt es sich um Exzerpte aus einem unbekanntem Manuskript mit Texten von Johann von Felden, die mit wenigen Bemerkungen von Leibniz durchsetzt sind. Es war nicht zu erschließen, unter welchen Umständen, zu welcher Zeit und an welchem Ort Leibniz diese Exzerpte angefertigt hat. Ende der siebziger Jahre kauft Leibniz über Johann Placcius einige Manuskripte Feldens (vgl. II, 1 N. 169 u. 171), und auch später bekundet er immer wieder sein Interesse an Feldens Schriften, obgleich sich darunter nichts zu unserem Stück findet. Trotz dieses Interesses vermerkt Leibniz auf seinem Exzerpt nicht den Autor der exzerpierten Texte.
- 10
- 15 Wahrscheinlich mehrere Jahre nach der Entstehung unseres Stückes erscheint ein Werk Feldens im Druck, dessen erstes Drittel unseren Exzerpten entspricht: J. VON FELDEN, *Tractatus de scientia interpretandi*, Helmstedt 1689. Dafür, dass Leibniz seine Exzerpte nach einem Manuskript und nicht nach diesem Druck anfertigte, sprechen verschiedene Indizien. Leibniz nennt weder Autor noch Titel noch Erscheinungsort und -jahr, was er bei Buchexzerpten in der Regel jedoch zu tun pflegt, und was, hätte er den Druck vor sich gehabt, sehr ungewöhnlich gewesen wäre. Das Wasserzeichen unseres Stückes weist auf eine frühe Entstehung Ende der siebziger Jahre hin. Ferner finden sich Formulierungen, kleine Veränderungen und Umstellungen, die sich nur schwer erklären ließen, hätte Leibniz aus dem Druck exzerpiert. So finden sich in unserem Stück mehrere Bemerkungen in der 1. Person Singular, wo der Druck den Pluralis majestatis einsetzt; an einer Stelle heißt es in unserem Stück sogar *ut post dicemus*, während der Druck den anonymen Passiv *ut postea tradetur* verwendet. Leibniz würde an dieser Stelle, hätte er aus dem Druck exzerpiert, wohl kaum in der ersten Person sprechen. Ebenso lässt sich auch die Unterteilung, die Leibniz in seinem Exzerpt vornimmt, nur schwer erklären, bezöge man sie auf das gedruckte Werk. Der wahrscheinlich noch nach dem Gesamttitel »De interpretatione« hinzugefügte Untertitel »lib. 1. de Etymologia« findet im *Tractatus de scientia interpretandi* überhaupt keine Entsprechung; der folgende Zwischentitel »De syntaxi vocum orationem constituentium« entspricht zwar dem zweiten Buch im *Tractatus*, die beiden darauf folgenden Zwischentitel entsprechen jedoch nur noch zwei der vielen Kapitel, in die dieses zweite Buch unterteilt ist. Hätte Leibniz aus dem Buch exzerpiert, würde er sein Exzerpt auf S. 359 beendet haben und hätte somit nur das erste Drittel des gedruckten Buchs berücksichtigt. Leibniz kennzeichnet die Beendigung seines Exzerptes mit einem abschließenden »Tantum. Finis.« Er hätte seine Lektüre also am Übergang vom eher grammatisch zum mehr rhetorisch orientierten Teil abgebrochen und den eigentlich hermeneutischen Teil am Ende des Buches völlig unberücksichtigt gelassen, obgleich er in einem Brief an Heinrich Avemann von Mitte Oktober 1691 (II, 2 N. 125, S. 447) doch ein starkes eigenes Interesse an einer *scientia interpretandi* bekundet. In diesem Brief kommt Leibniz auch auf den veröffentlichten Traktat Feldens zu sprechen und stellt fest, dass er ihn zwar nützlich, aber doch eher grammatisch orientiert fände, weshalb es
- 20
- 25
- 30
- 35

seinem umfassenderen Anspruch nicht genüge. Dieses Urteil könnte ein später Reflex auf die umfangreichen, aber eben vor allem grammatisch orientierten Exzerpte, die in unserem Stück vorliegen, sein: »Spero accipere Joh. Raëi philosophi Amstelodamensis librum inscriptum: *Cogitata de interpretatione et natura humani sermonis*. Expecto ab eo aliquid non vulgare, et JC^{tis} quoque profuturum, a quibus potissimum excolenda est haec materia. Feldenus poterat aliquod egregium in hac re praestare, sed dum nimis differt, viribus tandem senio fractis, permisit edi ab amicis opus inscriptum quidem *de interpretatione*, sed tamen potius Grammaticum, et utile quidem huic instituto, sed non tamen id ipsum quod consideramus complexum. Habebam et ego cogitata in hoc genere, sed quae digerere non vacavit. Maximum autem ad interpretandi scientiam perficiendam desideratum semper esse judicavi, veras propriasque significationes, et ut sic dicam, definitiones habere vocabulorum quae in communi usu versantur, vulgo enim technica tantum verba definiri debere judicatur.« Da der Druck des *Tractatus de scientia interpretandi* (Helmstedt 1689), zumindest was das erste Drittel betrifft, dem Manuskript, welches Leibniz vorgelegen haben mag, in großen Teilen entsprochen zu haben scheint, geben wir in eckigen Klammern die Seitenbezüge auf diese Ausgabe.

In der Praefatio zur Neuauflage seines Werkes *De Jurisconsulto perfecto* von Vincent Placcius finden sich Bemerkungen zur Publikationsgeschichte des *Tractatus de scientia interpretandi*: vgl. VINCENTIUS PLACCIVS, *De jurisconsulto perfecto, sive interprete atque interpretatione legum, Liber singularis, ante hos triginta jam annos editus ... nunc recognitus, multumque auctus, et collatus cum p. m. Affinis sui, et, dum viveret, Praeceptoris, Johannis von Felde Scientia interpretandi*, Hamburg 1693. Aufgrund dieser Praefatio lässt sich das Todesjahr Johann von Feldens, welches in älteren Bänden der Akademieausgabe mit 1668 angegeben wurde, berichtigen, denn wie Placcius schreibt: »Illustris Affinis meus FELDENUS anno superiori vitam cum morte commutaret«, also 1692. Der *Tractatus de scientia interpretandi* erscheint unter dem Titel *Hermeneutica generalis seu doctrina de interpretatione* nochmals bei Johann Melchior Sustermann (Frankfurt und Leipzig) ohne Jahresangabe, aber wahrscheinlich zeitgleich, wofür vor allem die Tatsache spricht, dass Seitenspiegel, Seitennummerierung und Drucktypen in beiden Auflagen übereinstimmen. Es handelt es sich um denselben Druck mit einem anderem Titelblatt und ohne die zweiseitige Widmung an Johann Wolfgang Rosenfeld nur mit den Initialen »J. A. F.« und der abgekürzten Beifügung »Jurisconsulti« versehen.

Leibniz hat die Exzerpte wahrscheinlich zwischen Ende der siebziger Jahre und 1689, dem Publikationsdatum des *Tractatus de scientia interpretandi*, angefertigt. Ende März 1704 äußert Leibniz Georg Engelbrecht gegenüber, vielleicht wiederum in Erinnerung an seine Exzerpte, dass das Werk *De interpretatione* der Wertschätzung, die Johann von Felden verdient hätte, nicht gerecht würde. »Vellem Feldeniani in Pandectas editionem susciperet aliquis, adjiceretque alia autoris posthuma nova, prioribus certe jam editis plus habitura plausus. Nescio quomodo enim ea fere tantum producta sunt, quae etsi per se nonnullius pretii, tamen non satis tuentur aestimationem insignis viri. Tale est opus *de interpretatione* imperfectum haud dubie et passim vel hians vel superfluum.« (Leibniz an Georg Engelbrecht, Ende März 1704, I, 23 N. 96, S. 121.)

Unser Stück wird bereits bei Couturat (COUTURAT, *Opusc. et fragm.*, S. 288) erwähnt, der allerdings entsprechend der verschiedenen Zwischentitel bei Leibniz vier Stücke unterscheidet: Bl. 28–29 *De Interpretatione. lib. 1. de Etymologia*; Bl. 30–33 *De syntaxi vocum orationem constituentium*; Bl. 34–37 *De usu et constructione praepositionum. De constructione conjunctionum et officio quod praestant in orationibus*; Bl. 38–39 *De constructione pronominum. De interjectionibus*.

[Thematische Stichworte:] Grammatik, grammatica rationalis, Hermeneutik, interpretatio, praepositiones

[Einleitung:] —

28 r^o [ad p. 3 sq.] Docere¹ est scientem facere. INTERPRETARI est docere circa orationem seu circa orationem non satis cognitum facere cognitum.

[ad p. 4] Oratio autem est vel interna vel externa. Internam externa repraesentat. Qualitas repraesentativa dicitur figura. [ad p. 7] Unde et Vossius *inst. orat.* lib. 5. c. 5 schema dictionis generaliter definit, conceptuum nostrorum delineandi qualitatem. Et Scaliger *de caus. l. l.* c. 176 non recte figuras dici modos loquendi non vulgares; cum omnis oratio sit figurata. [ad p. 5] Orationes internae sunt definitio et descriptio. propositio. syllogismus. [ad p. 7 sq.] Omnis figura vel est communis, vel singularis a communi recedens. Illa emendatam reddit orationem, haec ornatam.

10 [ad p. 8 sq.] Figura communis vel in vocibus singulis vel in earum constructione seu copulatione. Voces singulae vel substantiam significant vel accidens. Substantia est quae suum esse in se habet, accidens quod in alio.

Item vox significat vel cum tempore vel sine tempore. Accidentia habent aliquando in intellectu figuram substantiarum, quando per se considerantur, et non quatenus in subjecto sunt et significantur per nomen abstractum substantivum; hinc in scientiis albedinem definimus non album. Quia definitio rei substantiam exprimit.² Paulatim introducta abstracta, cum homines scientias excolerent. Vocem *qualitatis* primus introduxit Cicero. Tempore Plinii invaluit *pinguedo*. Fatetur Scaliger *ingratitude* non esse apud probatos autores.

[ad p. 9 sq.] Nomen appellativum significat universale; proprium significat individuum. Adjectivorum officium est rei differentiam ab alia assignare seu proprietatem. Tametsi aliquando poetae *lac album* dicant, ut loquitur Aristoteles, id est Epitheta inania

¹ *Am Kopf der Seite notiert Leibniz nachträglich: De INTERPRETATIONE und lib. 1. de Etymologia*

² *Am Rand von Leibniz' Hand: substantiva certum genus habent, adjectiva variant pro*
25 *adjecto*

1 (1) Interpretari (2) Docere L 4f. dictionis erg. L 6 l. l. (1) c. 1(2)6 (2) c. 176 L
16 Quia (1) oratio | (2) definitio ers. | L 19 Nomen (1) pro (2) appellativum L 20 seu
proprietatem erg. L 24 certum erg. L

4f. schema ... qualitatem: vgl. G. J. VOSSIUS, *Commentariorum rhetoricorum, sive oratoriarum institutionum libri VI*, lib. V, cap. 5 (4. Aufl. Leiden 1643, Bd 2, S. 332). 6 non ... figurata: vgl. J. C. SCALIGER, *De causis linguae latinae libri tredecim*, lib. XII, cap. 176 (Lyon 1540, S. 332). 17 Vocem ... Cicero: vgl. CICERO, *De natura deorum*, II, 94 u. *Academicae quaestiones*, I, 24–28. 17f. Vocem ... autores: vgl. J. C. SCALIGER, *De causis linguae latinae libri tredecim*, lib. III, cap. 70 (Lyon 1540, S. 122). 17f. Tempore ... *pinguedo*: vgl. M. TERENTIUS VARRO, *De lingua latina*, XXIII, fragm. 28, COLUMELLA, *De re rustica libri duodecim*, IV, 24, 10 u. XII, 52, 13 u. PLINIUS D. Ä. (C. Plinius Secundus), *Naturalis Historiae libri XXXVII*, XII, 16 68, XII, 16, 69 u. XVIII, 30, 304. 21–S. 172003.1 Tametsi ... adjiciant: vgl. ARISTOTELES, *Rhetorica*, III, 3, 1406a10–17, mit Bezugnahme auf HOMER, *Ilias*, IV, 434 u. V, 902.

adjiciant. Propria alia simpliciter, alia ad tempus, alia certae rei respectu, quamvis alias communia sint. Hinc et adjectiva dividuntur in generalia, ut *bonum, magnum*. Specialia, ut *nox illunis, coelum sudum*. Quin et propria nomina habent sua adjectiva, ut *Mars gradivus*. Hinc oratio composita ex substantivo et adjectivo, est quasi definitio vel descriptio, substantivum quasi genus; adjectivum quasi differentia. 5

[ad p. 10 sq.] Quia Nomen sine Tempore, verbum cum tempore, hinc nominibus terminationes a relationibus assignatae; verbis a temporibus personis et modis. Utrisque secundum numerum; singularem, pluralem (dualem).³ Ex Casibus. Nominativus et Vocativus significant aliquid simpliciter positum; reliqui aliquid correlatum, se habens ut genus vel differentiam in descriptione. Genitivus fit quando duo substantiva ad invicem relata, illud 10 quod genus est seu restringitur, ponitur in nominativo (si nihil aliud aliter flecti faciat) proprium vero in genitivo. Ut *oratio Socratis*. Unde regulae grammaticorum imperfectae. Non enim docent, si duo jungantur⁴ dicendumne sit *oratio Socratis*, an *Socrates orationis*. *Albedo magnitudinis*, an potius *magnitudo albedinis*. Varias autem relationes substantivorum inter se explicabimus in Syntaxi. Dativus repraesentat id ad quod quid refertur, quatenus est 15 $\pi\epsilon\lambda\omicron\nu\theta\acute{o}\varsigma$ affectum seu passum. *Titius similis Maevio*, seu *Titius est affectum quiddam ad Maevium*. Accusativus denotat correlatum operationis in aliquid transeuntis, quae capit suam differentiam ab objecto. Operatio fit mutando, movendo, generando producendo corrumpendo. Motus species augmentatio, imminutio, alteratio, motus localis. Accusativus denotat correlatum 20 ejus quod per verbum exprimens operationem in aliud transeuntem significatur. Nam verbum est vox adsignificans tempus. Operari autem operatione quae in aliud transit, est habere, movere, mutare, generare, producere, corrumpere, motum recipere, quae omnia in tempore. Hinc constructio cum accusativo magis propria verborum. Ablativus significat

³ *Nachdem Leibniz* dualem *nachträglich in Klammern gesetzt hat, vermerkt er am Rand: ?* 25

⁴ *Am Rand von Leibniz' Hand: ¶ nec hic satis docet*

1 f. quamvis ... sint *erg. L* 8 pluralem (1), dualem (2) (dualem) *L* 8 (dualem). (1) Casus (2) Ex Casibus *L* 10 f. quando (1) duae substantiae ad invicem relatae, illa quae restrin (2) duo ... quod *L* 11 ponitur (1) | in *versehentlich nicht gestr.* | (a) genitivo ut *oratio Socratis* (b) nominativo, alter (2) in *L* 11 aliud (1) eam | (2) aliter *ers.* | *L* 12 *Socratis.* (1) vari (2) Unde *L* 13 enim (1) expri (2) docent *L* 13 docent, (1) utrum (2) si *L* 20 verbum (1) significans (2) exprimens *L*

2 f. *nox illunis*: vgl. PLINIUS D. J., *Epistolarum libri X*, VI, 20, 14 u. SILIUS ITALICUS, *Punica*, XV, 616.
3 *Mars gradivus*: vgl. LIVIUS, *Ab urbe condita*, I, 20, 4.

substantiam, unde quid est, fit, movetur, mutatur etc. et haec se habet ut principium movens vel ut concomitans hoc principium, vel quod a principio movetur velut instrumentum.

[ad p. 11 sq.] Verba significant Esse facere, movere, generare corrumpere et horum quorundam passiva. Verbum activum passivum, neutrum deponens. Activa denotant terminatione sua, facere habere; passiva recipere operationem. Neutra habent terminationem activam et significant quod τὸ πρόπτειν Graeci vocant. Deponentia, active vel neutraliter significant sub terminatione passiva. His addunt Communia sub una terminatione activa et passiva.

[ad p. 12] Modi oriuntur a diversa ratione praedicandi, sunt enim nomina ut subjecta, verba ut praedicata. Esse enim seu copulam semper connotans, quod est vel simplex vel modificatum.

Indicativus[,] cum praedicatum simpliciter inest subjecto. Conjunctivo utimur in dictione quae magis repraesentat meditationem de modo affirmandi et negandi praedicatum de subjecto. Modus autem praedicationem vel confirmat verbi gratia, necessarium ut hoc sit vel τῷ inesse vel non inesse aliquid detrahit et ipsum reddit infirmius, velut si optetur, aut animo intendatur aut conditionem requirat.

[ad p. 13] Imperativus significat non praedicatum subjecto inesse sed loquentem ita velle. Infinitivus significat substantiam verbi retenta figura verbi seu adsignificatione temporis, ut abstracta nomina significant substantiam accidentis uti definimus abstracta. Ita non definimus quid sit *amo*, sed quid sit *amare*. Hinc infinitivus loco nominis substantivi usurpatur ut Pers. *Satyr. 5. velle suum cuique est*. Ut nomen indeclinabile, *Cantare periti* Virgil. *Eclog.* id est cantationis. Ita Ovid. 1. *de arte Aetas mollis et apta regi*, id est rectioni.

[ad p. 13 sq.] Latini tamen cum infinitivus cum aliquo nomine vel verbo casum requirente construendus est, adhibent gerundia ut *occasio emergendi* (+ id est τῷ emergere +)[,] *non sum solvendo* id est aptus pro solvere. Plin. lib. 7. cap. 40. *vana mortalitas et ad circumscribendum seipsam ingeniosa*. Et Virgil. *Ecl. 9. frigidus in pratis Cantando rumpitur [anguis]* ([+] Investigandum cur recte dicatur *aptus solvere*; non recte *cantare rumpitur*, aut *occasio emergere*, aut *ad circumscribere*. [+]), aliter graecismus est *cantare pares*.

4 quorundam *erg. L* 6 activam (1) significant (2) et significant quod *L* 6 active vel *erg. L*
12 subjecto. (1) Conjunctio (2) Conjunctivo *L* 14 subjecto. (1) Hic (2) Modus *L* 21 nomen
(1) impersonale. |(2) indeclinabile, *ers.* | *L* 21 Virgil. *Eclog. erg. L* 26 *amnis L* ändert Hrsq.
27 recte *erg. L*

21 *velle ... est*: PERSIUS, *Saturarum liber*, 5, 53. 21 *Cantare periti*: VERGIL, *Eclogae sive Bucolica*, X, 32. 22 *Aetas ... regi*: OVID, *Ars amatoria*, I, 10. 25f. *vana ... ingeniosa*: vgl. PLINIUS D. Ä., *Naturalis Historiae libri XXXVII*, VII, 41, 131. 26 *frigidus ... [anguis]*: VERGIL, *Eclogae sive Bucolica*, VIII, 71. 28 *cantare pares*: VERGIL, *Eclogae sive Bucolica*, VII, 5.

[ad p. 14] Tempus est numerus motus. Numerus incipit ab unitate, nempe a praesenti tam antrosum quam retrorsum. Praeteritum tres habet gradus apud Latinos, imperfectum, perfectum, plusquamperfectum[.]

[ad p. 14 sq.] Pronomina Nominibus accenseri possunt si lubet, sed parum refert. Quia res vel genere aut specie, vel numero differunt. Hinc reperta pronomina, ad res in oratione comprehensas secundum numerum indicandas. Primae personae loquentis pronomen est *ego*, secundae ad quam *tu*, tertia vero iterum suos numeros recipit a propiore vel remotiore sumtos. Proximum *hic*, remotius *iste*, adhuc remotius *ille*; quod tamen non semper observari Saturnius annotavit. *Quis qui* denotat individuum vagum, quod per pronomen *is* determinari solet. Recipiunt et res quae possidentur, numerationem a numero personarum habentium [easdem] per pronomina *Meus Tuus suus noster, vester*.

[ad p. 15] Participium participat de nomine et verbo, definiunt ipsum nomen adjectivum verbale adsignificans tempus, sed quia tempus adsignificat forte rectius genus ejus poneretur esse verbum ([+] ¶: quia non significat praedicationem +)[,] nam assignificatio temporis est substantia verbi, declinatio accidens nominis. Est ergo participium, verbum declinabile per casus instar nominis.

[ad p. 16 sq.] Adverbii variae sunt definitiones apud veteres; sed una rectissima est Apollonii Dyscoli libr. *syntax.*, quod sit adjectivum verbi. Verba nominum epitheta sunt participia. Nomina verborum epitheta sunt adverbia. Itaque definitio adverbium nomen habens figuram epitheti seu adjectivi ad verbum vel aliud adjectivum relati. Quae causa est cur Latinis sit immobile, ut scilicet appareat non referri ad nomen substantivum, sed ad verbum vel adjectivum. Idem statuere videtur Scalig. c. 158. de *c. l. l.* Idem recte notat, non satis bene dici adverbia, nam et nominibus adjectivis adjiciuntur.

[ad p. 18–20] Praepositiones a veteribus sub conjunctionibus comprehensae teste Dionysio et stoicis conjunctiones dictae, Priscianus lib. 14. Praepositiones vel separabiles vel

5 res (1) numero differentes indicandas (2) in *L* 6 loquentis *erg. L* 7 ad quam *erg. L*
 10f. ejusdem *L ändert Hrsg.* 12 ipsum *erg. L* 13 rectius (1) definietur (2) definiretur (3) genus *L*
 14 non (1) assi (2) con (3) significat *L* 17 sunt (1) significationes (2) definitiones *L* 18 libr. *syntax.*
erg. L 21 ad (1) verbum s (2) nomen *L* 22f. dici (1) adjecti (2) adverbia *L*

8f. quod ... annotavit: vgl. AUGUSTINUS SATURNIUS, *Mercurii Majoris, sive Grammaticarum Institutionum libri X*, lib. V, cap. 9, Basel 1546, S. 247 f. 18 Apollonii ... verbi: vgl. APOLLONIUS ALEXANDRINUS [DYSCOLUS], *De syntaxi seu constructione orationis libri quatuor*, lib. I, cap. 2, Frankfurt 1590, S. 13. 22f. Scalig. ... adjiciuntur: vgl. J. C. SCALIGER, *De causis linguae latinae libri tredecim*, lib. IX, cap. 158 (Lyon 1540, S. 312). 24f. Praepositiones ... Dionysio: vgl. DIONYSIUS THRAX, *Ars grammatica*, § 18. 25 stoicis ... lib. 14: vgl. PRISCIAN, *Institutiones grammaticae*, XIV, 18.

inseparabiles[;] separabiles vel accusativum vel ablativum recipiunt. Quando autem sine casu ponuntur adverbiorum naturam induunt, quemadmodum et adverbia praesertim a nominibus non descendunt, quando casus asciscunt[,] praepositionum naturam prae se ferunt. Sunt ergo revera adverbia, id est nominum adjectivorum et verborum epitheta, adeoque nominibus
 5 indeclinabilibus annumeranda. A caeteris autem adverbis differunt, quod certam relationem verborum ad temporis loci situsque substantiam significant, hinc cum accusativo vel ablativo solum construuntur. Hinc Apollonius Alexandrinus lib. 4 *de [constructione]* negat ea in compositione retinere nomen praepositionum. Facillime componuntur cum verbis qualia diximus. Quae movere significant vel se vel aliud movere denotant. Se ut *ire ambulare, repere, fluere,*
 10 *cedere venire, currere, fugere.* Aliud, vel motum imprimendo, vel secum movendo. Motum imprimendo, id est rursus vel trahendo vel pellendo. Ad se ut *trahere, capere;* a se *pellere, dare.* Quaedam utrumque simul ut *volvere, fodere, pugnare, frangere, rumpere, scindere, secare, tundere, terere.* Quae significant movere tenendo aliquid ut una movea[n]tur, sunt *ferre, gerere, portare, vehere.* Quoad situm alia verba significant situm habere vel tenere, ut
 15 *stare sedere, sidere, cumbere,* vel situm tribuere velut *sistere ponere, claudere, sternere, struere, signare,* vel situm mutare, *labi, ruere, turbare, vertere.* In summa praepositiones videntur esse adverbia relationis.

[ad p. 20 sq.] Conjunctio graecis συνδεσμός. Hujus munus est ex pluribus orationibus facere unam.

20 [ad p. 21] Interjectio non videtur esse pars orationis, non enim cum aliis partibus orationis concurrat ad orationem unam constituendam, sed potius exprimit animi affectus.

[ad p. 21 sq.] Mutationes terminationis generaliter Aristoteles vocat variationem casus. Varro lib. 8. *de lat. ling.* eam dividet in naturalem seu ordinariam, quae est flexio, et extraordinariam seu voluntariam quae est derivatum nominis ex nomine, quae indiget autoritate
 25 neque enim pro arbitrio vocabula facere licet.

29 r^o [ad p. 22] Motionis adjectivorum secundum genera usus est ad discernendum quod adjectivum referatur ad quod nomen. Cum dicitur *coquus coqua. Rex regina,* proprie non est motio, sed diversa sunt nomina substantiva.

5 indeclinabilibus (1) enumeranda (2) annumeranda L 7 compositione L ändert Hrsg. 8f. diximus (1) ut *se movere, ambulare.* (2). Quae L 23 lib. 8. ... *ling. erg. L* 23 ordinariam, (1) et extra (2) quae L 25 arbitrio (1) derivat (2) verba (3) vocabula L

7f. Apollonius ... praepositionum: vgl. APOLLONIUS ALEXANDRINUS [DYSCOLUS], *De syntaxi seu constructione orationis libri quatuor*, lib. IV, cap. 1, Frankfurt 1590, S. 300. 22 Aristoteles: wohl gemeint ARISTOTELES, *De interpretatione*, cap. 2, 16a33 f. 23f. Varro ... voluntariam: vgl. M. TERENCEI VARRO, *De lingua latina* VIII, 21–22

[ad p. 22–24] Comparatio est affectio communis epithetorum tam nominum quam verborum. Hinc participia pronomina (ut *ipsissimus*), adverbia (*fortissime*) praepositiones (ut *prope propius proxime*) comparantur. Substantiam significantia non habent comparisonem, nisi in tropico sensu, ut Plaut. *poen.* a. 5. *Nullus me hodie poenus poenior*. Quod et Scaliger cap. 101. notat. Significat *poenus* hic magis mores quam substantiam poenorum. Itaque comparatio est: mutatio terminationis vocum, quale significantium ad repraesentandum magis minus maxime tale. Hinc cum vox ob cacophoniam forte non admittit comparisonem, substituitur, vox *magis* vel similis. Ut ante *ius. eus, uus.* ut *Egregius, Exiguus, Idoneus*. Licet Cicero in *Bruto assiduissime*; Curtius lib. 9. *piissimus*. Cic. *pro Muraena Tenuior*. Quando comparativus minus positivo significat, adjicitur vox *paulo*. Terent. *Eun.* a. 2. sc. 3. *si qua est habilior paulo, pugilem esse ajunt*. Quae tamen particula et omittitur. *Tristior et lacrymis oculos suffusa nitentes*. Virg. 1. *Aeneid.* (+ Hoc enim significat *subtristis* +). Itaque generaliter comparativus praeter rem denotat relationem ad simplex, sive ut minoris ad majus, sive ut majoris ad minus. Quantitates non recipiunt majus ut minus, secundum suam substantiam, verbi gratia, lineae, sed secundum qualitates seu passiones, quae sunt *magnum parvum longum breve, altum humile grave leve, multum paucum*. Dixi autem comparisonem esse in voce designante quale, non, qualitatem, nam nec qualitas secundum suam substantiam considerata intensionem et remissionem recipit.

[ad p. 26] Superlativus est semper relativus ad alia ejusdem generis, *doctissimus*, id est doctior aliis non enim est se ipso. Est itaque vox terminata ad significandam perfectam in genere aliquo intensionem et remissionem. Unde aliquando a comparativo superari potest, ut Cicero: lib. 3. *Scias te quidem mihi esse carissimum, sed multo fore cariorem, si talibus monumentis praeceptisque laetabere*.

Derivativa interpretationem capiunt ex primitivis interdum et contra[.] Derivata fiunt a nominibus, a verbis et participiis ab adverbis et praepositionibus. A nominibus patronymica gentilia deminutiva possessiva, denominativa[.]

[ad p. 26 sq.] Patronymica a nominibus majorum significant ab his descendentes. Videntur potius esse adjectiva. Etsi absolute ponantur, nam et *nate dea* absolute ponitur. Multa

24 Derivativa (1) serviunt ad (2) interpretationem L 28 adjectiva. (1) Nam etsi (2) Etsi L

4 *Nullus ... poenior*: PLAUTUS, *Poenulus*, V, 2, 31 (991). 4f. Scaliger ... notat: J. C. SCALIGER, *De causis linguae latinae libri tredecim*, lib. IV, cap. 101 (Lyon 1540, S. 207). 9 *assiduissime*: vgl. CICERO, *Orator ad M. Brutum*, 316. 9 *piissimus*: vgl. QU. CURTIUS RUFUS, *Historiae Alexandri libri qui supersunt*, IX, 6. 9 *Tenuior*: CICERO, *Pro L. Murena*, 71. 10f. *si ... ajunt*: TERENCE, *Eunuchus*, II, 3, 24 (315). 11f. *Tristior ... nitentes*: VERGIL, *Aeneis*, I, 228. 19f. Superlativus ... ipso: vgl. J. C. SCALIGER, *De causis linguae latinae libri tredecim*, lib. IV, cap. 101 (Lyon 1540, S. 209 f.). 22f. *Scias ... laetabere*: vgl. CICERO, *De officiis libri tres*, III, 33, 121.

adjectiva figuram substantivorum induere, ut *pluvia* pro *aqua pluvia*. Idem de gentilibus. Quae desinere solent in ER [(*Afer*)], AS, ENSIS, IVUS (*Argivus*) CUS (*Atticus*)[.] Sunt quaedam substantivorum modo terminatae ut *Turca*, *Persa*. *Car*.

[ad p. 27] Possessiva sunt adjectiva non quod proprietatem seu possessionem significant, sed quia eandem differentiam expriment, quam genitivus substantivi, ut *muliebris*, id est qui est mulieris.

Deminutiva ut *parvulus* quid differant a minori, seu comparativo explicandum. Est autem deminutivorum terminatio propria substantiarum, comparativa propria adjectivorum. Etiam *parvulus* magis substantivi naturam habet (+ mihi videtur *parvulus* esse, idem quod minor alio indefinite, includit ergo nomen, quod comparativus tacite vel expresse requirit +).

[ad p. 28] Denominativa sunt reliqua a nominibus derivativa praeter dicta. Sunt autem vel substantiva vel adjectiva. Substantiva, *equus*, *Aedilis*, *aleo*, *Scaevola*, *viator*, *vinea*, *justitia*, *pietas*, *ovile*, *calcar* (a *calx*), *servitium*, *pometum*. Adjectivorum derivativorum terminationes plus regularitatis habent, horum significationem explicat Scaliger c. 98.

[ad p. 29] Verbalia dicuntur derivata a verbis. Videntur ea substantiam verbi significare, et quasi ejusdem cum infinitivo naturae esse. Ut quae derivata a supinis desinant in IO, etiam casum verbi aliquando asciscunt, ut Cic. *justitia est obtemperatio scriptis legibus*; *oblocutor alteri in convivio* Plaut. *milit.* a. 3. sc. 1. Nempe significant sine tempore, quod infinitivus et participia cum tempore.

Ab Adverbiis ut ab *hodie*, *hodiernus*, a praepositionibus, ut a *post postes*.

[ad p. 29–31] VERBA ipsa derivantur a nominibus vel verbis vel adverbiis vel praepositionibus. Derivata a nominibus regularia sunt inchoativa, frequentativa, meditativa, deminutiva. Inchoativa exponuntur per *incipio* vel *fio*, vel intensionem quandam ut *nasci*, Virgil. 1. *Georg. et freta ponti incipiunt agitata tumescere*. Ubi non potes interpretari: *incipiunt incipere tumere*, sed *incipiunt augere tumorem*. Ita et *adhaeresco concupisco*. Possum enim dicere aliquem incipere concupiscere. Sunt et a substantivis vel adjectivis, ut *noctesco*; *diesco*;

2 *Afer* erg. L 3 quaedam (1) ut (2) substantivorum L 10 comparativus (1) requiret (2) tacite L
11 Denominativa (1) definiuntur (2) sunt L 11 a nominibus erg. L 18 quod (1) adverbii (2)
infinitivus et L 23 Inchoativa (1) incipiuntur (2) exponuntur L 23 quandam (1) ut incipiunt
tumescere (2) ut *nasci* L

14 horum ... c. 98.: vgl. J. C. SCALIGER, *De causis linguae latinae libri tredecim*, lib. IV, cap. 98 (Lyon 1540, S. 189–202). 17 *justitia ... legibus*: CICERO, *De legibus*, I, 42. 17f. *oblocutor ... convivio*: vgl. PLAUTUS, *Miles gloriosus*, III, 1, 48 (643). 20 a *post postes*: vgl. PRISCIANUS, *Partitiones XII versuum Aeneidos principalium*, ad Aen. III, 1 (*Grammatici latini*, hrsg. v. H. Keil, Bd 3, Leipzig 1860, S. 475) u. ISIDOR VON SEVILLA, *Etymologiarum sive originum libri XX*, XV, 7, 9. 24 *et ... tumescere*: VERGIL, *Georgica*, I, 356 f.

puerasco; dulcesco. Significant omnia in motu vel mutatione esse, est enim actus entis in potentia, motus. Inchoativa retinent praeteritum simplicis *acesco acui; concupisco, concupivi*, quia cum praeteriere non amplius sunt in motu.

[ad p. 34 sq.] Frequentativa etiam *atticisso patrisso*, etsi quidam imitativa vocent.

29 v^o

Facesso hinc non mirum dici, quia Terentius: *Huc te fac.* Sunt frequentativa frequentativorum, ut *cantito*. In RIO sunt meditativa et desiderativa. Grammatici *esurit* ab esu supino. Scaliger ab *esurum* futuro non satis bene, quia sic deberet esse longa *esūrit* non *esūrit*. Deminutiva *Cantillo*.

[ad p. 37–39] Videndum quid differat oratio una a voce composita, quaeramus differentiam ex praecepto Aristotelis in his quae vicina sunt, quid ergo differt *Respublica* a *res publica*.¹⁰ Vox composita non repraesentat menti definitionem, sed unum conceptum, sed cum duae ponuntur voces: *res publica*, descriptionem quandam exhibet. Compositio ergo est concursus plurium vocum ad unum conceptum menti significandum. Compositio fit vel cum aliis partibus orationis vel cum syllabicis adjectionibus, ut *tantundem, utervis*.

Etiam est quasi *Et jam*. Licet pronuncietur *e-ti-am*, jam Horatius: lib. 2. *satyr.* 3. *clarus erit, fortis, justus, sapiens, etiam Rex.*¹⁵

30 r^o

Saepe constructio [*bricht ab*]

De syntaxi vocum orationem constituentium

[ad p. 43 sq.] Substantivum et adjectivum eodem genere numero et casu convenire debent. Ut dignosci possit cum quo substantivo unam orationem faciant; quoties multa concurrunt[.] (+ sed fieri potest, ut hoc non sufficiat, quando plura substantiva ejusdem generis numeri casus concurrunt, etsi id rarum +)

[ad p. 44 sq.] Substantivum substantivo genitivo casu jungitur. Sed ratio reddenda cur dicatur *siccitas terrae*, non *terra siccitatis*. Dicitur tamen *Vir magni nasi*, et *nasus magni viri*. Non dicitur *Demosthenes orationis*, *Admetus pecoris*, sed *autor, possessor, orationis, pecoris*.²⁵ *Iter* tamen *bidui*, et *biduum itineris*. Itaque dicendum quod differentiam denotat poni in genitivo, quod genus in nominativo. Consequitur autem substantia differentiam ab altera si earum esse consistat in relatione ad invicem. Talia habent se ut continens ad contentum 2) ut

6 Grammatici (1) coen (2) *esurit* L 15 Licet | in versu *gestr.* | pronuncietur L 15 pronuncietur (1) eti (2) et (3) *e-ti-am* L 18 | lib. II. *gestr.* | de Syntaxi L 18 constituentium (1) Reg. 1. (2) Substantivum L 22f. rarum +). (1) Reg. 2 (2) Substantivum L 28 in (1) differentia (2) relatione L 28–S. 172010.2 contentum (1) et (–) (2) 2) ut habens (a) | ad habitum *versehentlich nicht gestr.* | 3) (b) ad habitum; 3) ut causa ad causatum, 4) ut totum et pars. (3) | 2) *versehentlich nicht gestr.* | 2) ut receptivum ad (a) recipi (b) id ... habitum (aa) 3) (bb) 4) ... 6) ut L

5 *Huc te fac:* vgl. vielmehr AELIUS DONATUS, *Commentum Terentii*, zu TERENTIUS, *Phormio*, IV, 3, 30 (635). 10 Aristotelis ... sunt: vgl. ARISTOTELES, *De interpretatione*, cap. 2, 16a19–29. 15f. *clarus* ... *Rex:* HORAZ, *Satirae*, II, 3.

receptum ad id quod recipit 3) ut habens ad habitum; 4) ut mensura ad mensuratum, 5) ut causa ad causatum, 6) ut totum et pars.

[ad p. 45–47] *Opidum Antiochiae* scilicet ditionis (+ ut *Lutetia Parisiorum* +)[.] Non dicimus *caput vulneris* quia non est sua natura continens vulnus, sed potius receptivum, quod a
5 recepto differentiam recipit. Dicimus *dominus gregis*, non *grex domini*[.] nisi per pleonasmum, nihil enim novi discimus, sed potius *grex Admeti*.

Quoad relationem mensurae non dicitur *homo formae*, sed *homo egregiae formae*[.] *multi cibi*. Contra *sex dies spatii postula[n]t*, ut *spatium sex dierum*. Causa et causatum in efficientis genere genitivum induunt. In materia tamen non dicimus *poculum argenti* sed *argenteum*.

10 [ad p. 59–62] Plura substantiva per appositionem juncta non repraesentant orationem in intellectu, ut *Marcus Tullius Cicero*. Usus tamen in eo est, quod tot propria nomina fingi [non] possunt, quot sunt individua, itaque plura junguntur quasi ad faciendum unum nomen proprium; est ad imitationem definitionis vel descriptionis[.] Est enim *Consul* quasi genus[.] *Marcus* species, vel contra. Ita et *urbs Roma*[.] In his: *Fama, malum quo non est aliud velocius*
15 *ullum* non est oratio una[.] est elliptica locutio, subintelligitur *quae est*. Omissio facta quod definitio juncta definito. Est velut pleonasmus. Major adhuc pleonasmus si synonyma jungas, ut Plautus *Menaechm.* act. 2. sc. 3. *taberna diversorium*. ([+] et *urbs Roma* quidam pleonasmus, cum genus et species junguntur, loco generis et differentiae, nam species continet genus. Fiunt ista saepe majoris inculcationis causa. Item, omittendo connexivum seu relativum pro-
20 nomen, vel particulam *seu*. [+]) *Homo servus. gladius ultor*. Latet propositio, *homo qui est servus*.

[ad p. 63 sq.] Dativos asciscunt adjectiva quae similitudinem aptitudinem, proprietatem amicitiam propinquitatem et his contraria significant. Verbi gratia *Quaestus non sufficiens gulae*, sufficiens est quiddam affectum accidente, et una, ad aliquid. Dativus enim *gulae*
25 declarat ad quid quaestus non sit sufficiens. ([+] videtur contractione praepositionum fieri; *gulae*, id est ad *gulam*. *Sibi idem animus*; id est secum. Necessarium ad aliquid et alicui, sed haec contractio non semper procedit, *ire ad urbem* dicimus, *ire urbi* non dicimus, nisi sensus

3 ut *erg. L* 6f. *Admeti (1)* (itaque si dicatur vuln (2) Quoad *L* 7 relationem (1) mensurati (2) mensurae *L* 8f. causatum |(1) mutuo *erg. u. gestr.* (2) in efficientis genere *erg. L* 11 *Cicero. (1)* Cujus (2) Usus *L* 20 vel (1) litera (2) particulam *L* 24 *gulae (1)* dativus enim *gulae (2)* sufficiens *L* 27 *urbem (1)* , et *ire urbi. (2)* dicibus (3) dicimus *L*

8 *sex ... postula[n]t*: vgl. CAESAR, *Commentarii belli civilis*, I, 3, 5. 14f. *Fama ... ullum*: vgl. VERGIL, *Aeneis*, IV, 174. 17 *taberna diversorium*: vgl. PLAUTUS, *Menaechmi*, II, 3, 81 (436).

sit *ob urbem*. Videtur in his omnibus esse quasi quaedam causa finalis, vel ejus analogia. Nam cum dicitur *vicinus alicui* non est causa finalis. *Dicere alicui, vicinum reddere alicui*. Cum nimirum consideratur aliquid velut alteri, bonum malum, vel saltem quod alteri boni aut mali materia esse possit. *Invia virtuti nulla est via. Quod mihi principium est mali*[. +)]

[ad p. 74] Saepe ex definitione vocis ratio reddi potest constructionis. Terent. *Adelph.* a. 5. 5
sc. 8. *idne estis autores mihi?* autor, pro potestate sua suadens; suadens asciscit accusativum. Ita *doceo te literas*, id est facio te scire literas. Hinc *doceo* duos regit accusativos. *Longus quatuor pedes*, id est habens longitudinem quatuor pedes. Saepe constructio reperta apud bonos autores nos ad constructionem manuducit.

[ad p. 75–77] Adjectivis convenientibus conjunguntur Ablativi significantes causam 10
instrumentum, modum, partem. Haec est regula Grammaticorum. Sed sciendum Latinos causam a qua principium motus designare non nudo ablativo, sed cum praepositione *A* vel *AB*[,] causam comitantem, praepositione *cum*, ut *Remo cum fratre Quirinus*. Quae vero se non ut principium primum, neque ut ejus concomitans habent, interim tamen adhibentur pro fine adhibendo ablativo sine praepositione significantur; *duplicem gemmis auroque coronam*. 15
30 v^o *promptus manu*: sunt quasi instrumenta. Itaque huc refer, et modum, ut *grandis natu*, et partem, ut *crine ruber*. Sunt enim ista id unde quis dicitur niger, ruber; neque considerata pars sint, an non. Idem est si dicas *longior digito. patria Lesbius. prior tempore*. Itaque regulariter ablativus adhibetur, cum alicujus differentia, ut oratio una fiat, petitur ab eo, unde quid est, cum primum principium non sit. Dicitur tamen, *Antonius ab equitatu firmus*, quod discedit a regula. Videtur 20
esse metonymia, ubi causae secundariae ponuntur pro primaria[,] tantum abest, ut *firmus equitatu*, sit Ellipsis, τοῦ *ab*, ut quidam putant.

[ad p. 81 sq.] Dignus singulariter construitur l. *deferre*. 18. §. *sed ne quidem* 9. *De jure fisci*, Marcianus habet: *poenam dignam suae personae*. Plautus *ad tuam formam illa una digna est*. Paulus l. *si id* 29. §. *si ex decem* 3. *de donat. inter V. et U.* ita de servo dicit: *si vero* 25
quindecim dignus sit et l. *sed si vir* 31. §. *si duo* 3. *eodem mancipia quivis digna*. Similiter Scaevola l. *si dignum* 19. Africanus l. *qui quadraginta* 88. pr. et Paulus in l. *si fundus* 65. *ad L. Falcid.*

4 possit. (1) Pervius virtuti (2) *Invia* L 6 asciscit (1) adject (2) accusativum L 8f. Saepe ...
manuducit. *erg. L* 9f. manuducit. (1) Ablativo (2) Adjectivis L 11 Sed *erg. L* 19 *fiat*, (1) inde
(2) petitur L 22 Ellipsis, (1) it (2) τοῦ L 27 Scaevola *erg. L*

4 *Invia* ... *via*: OVID, *Metamorphoses*, XIV, 113. 4 *Quod* ... *mali*: TERENTIUS, *Phormio*, I, 3, 6
(158). 6 *idne* ... *mihi?*: TERENTIUS, *Adelphoi*, V, 8, 18 (939). 13 *Remo* ... *Quirinus*: VERGIL, *Aeneis*,
I, 292. 15 *duplicem* ... *coronam*: VERGIL, *Aeneis*, I, 655. 17 *crine ruber*: MARTIAL, *Epigrammatum*
libri XV, XII, 54. 20 *Antonius* ... *firmus*: CICERO, *Epistolarum ad familiares libri XVI*, X, 15, 2.
23f. l. *deferre* ... *personae*: DIG. 49, 14 l. 18, § 9. 24f. *ad* ... *est*: PLAUTUS, *Miles gloriosus*, IV, 1, 21
(968). 25f. Paulus ... *sit*: DIG. 24, 1 l. 28, § 3. 26 *sed* ... *digna*: DIG. 24, 1 l. 31, § 3. 27 Scaevola
... 19.: DIG. 35, 2 l. 19. 27 Africanus ... 88. pr.: DIG. 35, 2 l. 88 pr. 27f. Paulus ... *Falcid.*:
DIG. 35, 2 l. 65.

Videtur Genitivus esse quod meretur aestimationem; *magnorum haud unquam indignis avorum*, id est meritis eadem quae majores. *Dignum laude* id est quo quid aestimatur.

[ad p. 83] Verba significant ποιεῖν, πάσχειν, πράττειν. Et τὸ ποιεῖν imitatur ἔχειν. Verba quae significant facere vel habere accusativum objecti asciscunt.

5 [ad p. 86] *Servire servitutem* est servilia opera praestare ut servum, non ut amicum amico, quod aliquando fieri potest, ut si filius patrem exuat induatve. Haec causa est cur reduplicentur aliquando talia *pugna pugnata. otium ludere. Nunc tertia vivitur aetas*. Neutra sumuntur quasi activa, ab objecto.

[ad p. 88] Quodlibet verbum admittit dativum personae aut rei cui qualicumque modo
10 aliquid acquiritur vel adimitur. Ita vulgo. Interim non dicimus *nutrire alicui*, sed *aliquem*. Distinctus ergo res explicanda[,] ita non *verberamus alicui*, sed *verbera infligimus alicui*. *Dono Maevium libro* ([+]) quae accusativum regunt rei quae datur vel adimitur, dativum regunt rei cui datur vel adimitur. Et *dare aliquid alicui, verbera infligere alicui*. Sed non dicimus *verberare aliquid alicui* [+].

15 [ad p. 89] Multa verba modo dativum modo accusativum regunt, videntur modo neutraliter modo active sumi. Active accusativum magis asciscunt, neutraliter dativum. [ad p. 93] *Quid me curas*. Item *meis curavi amicis*. [ad p. 101–103] Deinde varietas oritur a definitione, ut praestolor, *quem praestolare*, id est quem expectas stans. [At] Cicero 1. *Catil. Qui tibi ad forum Aurelium praestolarentur armati. Praestolarentur* hic id est praesto essent.

20 [ad p. 102] Tertia causa est quod verba modo proprie modo metaphorice sumantur et metaphorica casum asciscunt ejus quod per metaphoram repraesentant [ad p. 96 sq.] ut Plauti *Curculione, instare aliquem ad praetorem*, id est urgere. Quarta causa est quia interdum in constructione respicitur praepositio cum qua facta compositio. *Tecta subire*. Virgil. [ad p. 101] Tibullus vero lib. 1. *eleg. 4 duro subiisse labori*. Virgilius *succedere tectis*, at Salustius *cum*
25 *murum hostium successisset*, id est sub murum.

4 accusativum (1) objectivi (2) objecti L 4f. asciscunt. (1) Saepe (2) *Servire* L 5 ut servum erg. L 6 induatve (1), sed (a) <–> (b) ut servum (2). Haec L 12 regunt (1), ea dativum reg (2) rei L 16 sumi. (1) Neut (2) Active L 16 dativum. (1) Deinde varietas oritur (a) s (b) a definitione (2) *Quid* L 17 *amicis*. (1) Item (2) Deinde L 18 Ad L ändert Hrsg. 18 1. *Catil. erg. L* 23f. Virgil. erg. (1) Et tamen (2) At Tibullus (3) Tibullus vero L

1f. *magnorum ... avorum*: VERGIL, *Aeneis*, XII, 649. 7 *pugna pugnata*: vgl. CICERO, *Pro Murena*, 34. 7 *otium ludere*: vgl. MARTIAL, *Epigrammatum libri XV*, III, 67. 7 *Nunc ... aetas*: OVID, *Metamorphoses*, XII, 188. 17 *meis curavi amicis*: PLAUTUS, *Stichus*, V, 3, 6 (679). 18 *quem praestolare*: TERENTIUS, *Eunuchus*, V, 5, 5 u. 7 (975 u. 977). 18f. *Qui ... armati*: CICERO, *In L. Sergium Catilinam oratio*, I, 24. 22 *instare ... praetorem*: vgl. PLAUTUS, *Curculio*, III, 1, 6 (376). 23 *Tecta subire*. Virgil.: vielmehr MARTIAL, *Epigrammatum libri XV*, II, 53, 8. 24 *duro subiisse labori*: vgl. TIBULLUS, *Elegiae*, I, 4, 47. 24 *succedere tectis*: VERGIL, *Aeneis*, XI, 146. 24f. *cum ... successisset*: SALLUSTIUS, *Historiarum reliquiae*, lib. I (hrsg. v. R. Dietsch, Leipzig 1859, Bd 2, fr. 102, S. 29; B. Maurenbrecher, Leipzig 1893, Bd 2, fr. 143, S. 55).

31 r^o

[ad p. 102 sq.] Quinto interdum magis attenditur in constructione verbi usus communis, interdum magis etymologia. Cicero lib. 3. *Tusculanarum quaestionum*, hac de re eleganter disseruit. Invidere esse nimis intueri. *Invidere florem rectius quam flori*. Et ita dixit Accius poeta in *Menalippo*. Et subjicit Cicero: *nos consuetudine prohibemur, poeta jus suum tenuit, dixitque audacius*. Quinto passivorum proprium est cum dativo construi, *dari alicui*. Omne 5
activum junctum accusativo objecti indicat objectum aliquid passum. Hinc *moderari* cum accusativo est *regere*, cum dativo est *modum imponere*. Sexta ergo causa quod quaedam quae ipsa non significant passum vel affectum esse ad aliquid tamen in definitione comprehendunt accusativum, qui aliquid passum vel affectum ad aliquid significat. Eadem methodus investigandi rationes constructionum et in aliis adhiberi potest. 10

[ad pag. 122–124] Certa quaedam activa sunt quae duos accusativos asciscunt. Regula est grammaticorum vel potius observatio, oritur id ex definitione, ut *doceo Te literas*; quemadmodum supra attigi. *Nomino te columbam*. *Nomino* id est dico esse.

[ad p. 136] De Constructione vocum quando ex orationibus fit una propositio.

[ad p. 137 sq.] *Sum* cum omnibus fere casibus construitur, *sum totus Pompeji*. *Nihil aeque 15*
resolvendae religionis esse. Quidam grammatici genitivum explicari volunt per Ellipsin.

[ad p. 148] Omne verbum personale finitum est aptum repraesentare praedicatum[.] [ad p. 150] Infinitivus aut tota oratio infinitiva loco nominis.

[ad p. 153] Aliquando directe forma propositionis ut Cicero *ad Attic*. *Video: mihi opus est viaticum*. Nimirum cum verbis cognoscendi et similibus. Item *verum est, magnum est, utile est 20*
te esse diligentem.

[ad p. 175 sq.] In impersonalibus putant quidam subintelligendum nominativum[,] nam is aliquando expressus ut *parvum parva decent*. Sed interdum non apparet quod subintelligendum est. Livius lib. 1. *Romam frequenter migratum est*. Dicendum videtur nominativum latere in definitione impersonalis. *Ningit*, id est nix cadit. 25

5 Quinto *erg. L* 5f. Omne (1) accusati (2) activum *L* 7 *ergo erg. L* 15 *Sum (1) quasi (2)*
cum *L* 18 nominis. (1) Intend (2) Aliquando *L* 20 *est, (1) bonum est (2) magnum est L*
22f. nam ... *decent erg. L*

2–5 Cicero ... *audacius*: vgl. CICERO, *Tusculanae disputationes*, III, 9, 20. 3f. Et ... *Menalippo*:
vgl. L. ACCIUS, *Tragoediarum fragmenta (in aliis scriptis servatis)*, versus 424, zu *Melanippus (Scaenicae*
Romanorum poesis fragmenta, Bd 1: *Tragicorum fragmenta*, hrsg. v. O. Ribbeck, 2. Aufl. Leipzig 1871,
S. 190). 15 *sum totus Pompeji*: vgl. CICERO, *Epistolarum ad familiares libri XVI*, II, 13, 2. 15f. *Nihil*
... *esse*: vgl. LIVIUS, *Ab urbe condita*, XXXIX, 16, 9. 19f. *Video ... viaticum*: vgl. CICERO, *Epistolae ad*
Atticum, XV, 20, 4. 23 *parvum parva decent*: HORAZ, *Epistolae*, I, 7, 44. 24 *Romam ... est*: vgl.
LIVIUS, *Ab urbe condita*, I, 11.

[ad p. 196] Adverbia sunt Circumstantiae actionis vel passionis. Prima circumstantia verborum est tempus.

[ad p. 197] *Hodie, hoc die*, sumitur et pro *nunc*.

Nunc est finis praeteriti[,] initium futuri temporis. *Nunc demum* magis respicit praeteritum, *nunc primum* magis futurum.

[ad p. 197 sq.] *Jam*, tempus instanti proximum. *Nunc nunc, insurgite remis. Jam jam intelligo Crasse quid dicas. Jam nunc et nunc jam, jam dudum, jamdiu. Jam pridem.* Virgil. 2 *Aeneidos: jamdudum sumite poenas*; id est *nunc demum*. (+ pro *jam dudum debuissetis sumere poenas* +) *Jam a pueris. Jam inde a principiis.* Inservit et connexioni, ut *jam vero. Nunc dicamus.* Unde patet sumi et metaphorice pro eo quod praesens et praeteritum connectit in oratione[,] *jam et nunc* fere eadem hoc sensu.

[ad p. 198] *Impraesentiarum* Ulpianus l. 1. §. *si quis* [5.] *de Tab. exhib.*

Modo interdum *nunc* Ter. *Adelph.* a. 3. sc. 1.

[ad p. 199] *Pridie. Nudius tertius.* seu *nunc est dies tertius. Nuper* non longo tempore abhinc. *Admodum nuper* Terent. *Heaut.* a. 1. sc. 1. *Dudum*, longinquum tempus. *Dudum rogo. Jamdudum. Pridem* adhuc longinquius.

[ad p. 200 sq.] *Quondam et olim*, interdum pro *aliquando: quondam etiam victis redit in praecordia virtus.* et *Eclog.* 7. *Vestra meos olim si fistula dicat amores.*

Cras dies proxime futurus[,] *Perendie* dies crastino proximus.

Postridie postero die. *Deinde* sequens etiam in praeterito, *dein quaestum occipit.*

[ad p. 202] *Post, multo post, paulo post. Mox Brevi.*[,] *Semper. aeternum, aetatem.* *Usque* significat continuationem. *Usque a pueris* Terent. *Adelph.* a. 5. sc. 9. Et Cicer. in *Verr. Sacerdotes usque Lunam profecti sunt.* Videtur ibi esse praepositio. *usque Puteolos venit ad Attic.*

[ad p. 204] *Diu jamdiu, aliquandiu, perdiu, diu multum.*

Paulisper aliquantisper parumper.

12 3. L ändert Hrsg.

6 *Nunc ... remis*: VERGIL, *Aeneis*, V, 189. 6f. *Jam ... dicas*: vgl. CICERO, *De oratore*, III, 90.
 8 *jamdudum sumite poenas*: VERGIL, *Aeneis*, II, 103. 9 *Jam a pueris*: CICERO, *In C. Verrem orationes sex*, actio secunda, IV, 107. 9 *Jam ... principiis*: vgl. LIVIUS, *Ab urbe condita*, XXIV, 48, 5.
 12 *Impraesentiarum ... exhib.*: Dig. 43, 5, 1, 1. 13 *Modo ... sc. 1.*: vgl. TERENTIUS, *Adelphoi*, III, 1, 2 (289). 15 *Admodum nuper*: vgl. TERENTIUS, *Heautontimorumenos*, I, 1 (53). 17f. *quondam ... virtus*: VERGIL, *Aeneis*, II, 367. 18 *Vestra ... amores*: VERGIL, *Eclogae sive Bucolica*, vielmehr X, 34.
 20 *dein ... occipit*: TERENTIUS, *Andria*, I, 1, 52 (79). 22 *Usque a pueris*: TERENTIUS, *Adelphoi*, V, 9, 5 (962). 22f. *Sacerdotes ... sunt*: vgl. CICERO, *In C. Verrem orationes sex*, actio secunda, IV, 49, 108, dort vielmehr »usque Hennam«. 23 *usque Puteolos venit*: vgl. CICERO, *Epistolae ad Atticum*, XV, 29, 2.

Quando ecquando siquando nequando.

Subinde est crebro cum aliquo intervallo tamen. Uno alteroque subinde ictu Liv. lib. 7. dec. [1.] Velleio Paterculo post deinde 1. hist. c. 7. Capuam ab iisdem conditam, subinde Nolam.

Interdum nonnunquam. Quoad extensio motus ad aliquem terminum, quousque. 5

Unquam nunquam. Nunquam hodie effugies.

[ad p. 205 sq.] *Nondum* id est non adhuc, *confestim* sine mora[.] *Protenus protinus* proprie loci, adverbium temporis per accidens. Nam quod *protenus* id est recta linea fit[.] brevissimum est. *Continuo*, similiter, nam quod sine interruptione fit[.] brevi tempore fit. *Continuo* proprie significat connexionem: Cic. *pro Rosc. non continuo si me in gregem* 10
31 v^o *sicariorum contuli sicarius sum.*

[ad p. 206] *Extemplo*. Servio teste surgebant dicente augure: *extemplo* (+ *ite missa est* +).
Statim sine mora.

Cito an adverbium temporis an qualitas motus dubium[.]

Actutum sine mora. *Repente* subito ex improvise[.] 15

[ad p. 207] *Cum. Tum* quando tempus significat jungi solet particulis *demum, denique.*

Tunc. Temporis praeteriti. *Erat tunc excusatio oppressis, nunc nulla est* Cic. *Philipp.* Imo et futuri[.] Plautus, *ego tunc adero.*

Donec donicum quoad quousque quamdiu significant durationem indefinitam. *Donec eris felix.* 20

Mane vesperi opportune tempestive, commodum, significant qualitatem temporis[.]

[ad p. 208] Adverbia loci sunt in loco: de loco, per locum, ad locum, versus locum, indefinita.

[ad p. 208 sq.] In loco *hic. istic. illic. ibi ibidem, Alibi*, quasi alio in loco[.] *Ubi* est loci et temporis adverbium. *Ubi* id est quo in loco. *Ubi satias coepit fieri*, id est quando[.] 25
Ubicumque id [est] quocumque tandem in loco. *Ubinam, ubique*[.] *Aliubi, alicubi*[.] *Necubi, nuncubi, sicubi, Utrinque* ab utraque parte. *Utrobique* idem[.] *Undique* in omni loco

3 7. *L* ändert Hrsg. 12 Servio teste *erg. L* 25 temporis |et *versehentlich nicht gestr.* |
adverbium *L* 27 ab utraque parte *erg. L*

2 *Uno ... ictu*: LIVIUS, *Ab urbe condita*, VII, 10, 10. 3f. *Capuam ... Nolam*: VELLEIUS PATERCULUS, *Historiae Romanae ad Vinicium libri II*, I, 7. 6 *Nunquam hodie effugies*: VERGIL, *Eclogae sive Bucolica*, III, 49. 10f. *non ... sum*: vgl. CICERO, *Pro Sex. Roscio Amerino*, 94. 12 *surgebant ... extemplo*: SERVIUS GRAMMATICUS, *Commentarius in Vergilii Aeneidos libros*, ad II, 699 und VI, 210. 12 *ite missa est*: Entlassungsformel am Ende eines Gottesdienstes. 17 *Erat ... est*: CICERO, *Orationes Philippicae*, VII, 14. 18 *ego tunc adero*: bei Felden Bezugnahme auf PLAUTUS, *Truculentus*, II, 4, 19 (370). 19f. *Donec eris felix*: OVID, *Tristia*, I, 9, 5. 25 *Ubi ... fieri*: TERENTIUS, *Eunuchus*, V, 5, 3 (973).

circumsistente vel omni in loco partium ex quibus totum constat. *Usquequaque* quocunque in loco vel quocunque in tempore (+ *omnimodo* +).

[ad p. 210] *Passim* id est omnibus cohaerentibus locis, quod singulis passibus seu locis non dissitis fit. *Passimque in litore sicco, corpora curamus.*

5 *Intus domum*, id est in domo. Plaut. *mil.* a. 2. sc. 1. Ad locum etiam significat ut *duxi intus* id est intro. *Foris* opponitur ipsi *intus*.

Uspiam id est aliquo in loco. Contrarium ei *Nuspiam*. *Usquam* id est ullo in loco. *Nusquam* nullo. Interdum et ad locum: Asinius Ciceroni lib. 10. *Epist. nusquam ventum.*

[ad p. 211] *Longe* tam temporis quam loci[,] *longissime*. *Peregre* qualitatem loci signi-
10 ficat, unde omnibus loci Circumstantiis applicatur. Dicimus *peregre abire, redire.*

Superne putant esse de loco, sed potius est qualitas loci.

[ad p. 211 sq.] *Praesto* id est eo in loco qui requiritur ad praesentiam[.]

Subtus opponitur *superno* et ita qualitatem loci notat.

Penitus est loci et qualitatis adverbium[.] Nam ab adjectivo (+ *penus* +) est quod est
15 intrinsecum.

Idem *omnino* vel *prorsus* significat. *Penitus toto divisos orbe Britannos.*

Huc referunt [praepositiones] sine Casibus positas, *supra infra. subter, ante pone, post, prope, propter, extra, juxta, juxtim.*

[ad p. 212] DE LOCO[.] *Hinc* ex hoc loco. *Hinc civis*. Significat et *ex hac causa. Hinc illae*
20 *lacrymae*. Composita *Abhinc, istinc, dehinc, Exhinc*, quae magis tamen temporis sunt quam loci.

Inde generaliter significat omne initium unde proceditur, potissimum autem temporis[.] Nam propria motui locali ad alios trahuntur.

Indidem, ex *inde* et *idem*, significat ex eodem loco ut *ibidem* in eodem loco[.] Cic. *pro*
25 *Rosc. indidemne, America.*

Unde etiam de quolibet principio. *Undecunque undelibet Undevis.*

17 praepositionibus *L ändert Hrsg.*

4 *Passimque ... curamus*: VERGIL, *Aeneis*, III, 510 f. 5 *Intus domum*: vgl. PLAUTUS, *Miles gloriosus*, II, 6, 55 (536). 5 *duxi intus*: vgl. PLAUTUS, *Casina*, V, 2, 7 (881). 8 Asinius ... *ventum*: vgl. vielmehr *Rhetorica ad Herennium*, II, 3. 16 *Penitus ... Britannos*: VERGIL, *Eclogae sive Bucolica*, I, 66. 19 *Hinc civis*: vgl. TERENCE, *Eunuchus*, V, 5, 10 (952). 19f. *Hinc illae lacrymae*: vgl. TERENCE, *Andria*, I, 1, 99 (126). 25 *indidemne, America*: vgl. CICERO, *Pro Sex. Roscio Amerino oratio*, 74, bei Leibniz wohl nach Felden *America* anstelle des überlieferten *Ameria*.

[ad p. 213] <i>Alicunde,</i> aliquo ex loco	<i>Aliunde,</i> ex alio loco	<i>necunde,</i> ne ex aliquo loco
<i>Undique,</i> ex omni loco	<i>eminus</i> e longinquo	<i>cominus</i> e propinquo

Intus foris peregre etiam de loco.

5

Extrinsecus Intrinsecus[.] *Extrinsecus imminens bellum. Forinsecus* apud Plin. *Funditus* a fundamento. Sic *stirpitus, coelitus, divinitus, radicitus*[.]

[ad p. 214] PER LOCUM *hac illac istac. Aliqua* per locum non satis certum. *Qua* id est per quem locum. *Qualibet*, per quem locum libet. *Quaqua* per quemcunque locum vel partem. *Eadem*: Plautus *eadem bibes eadem dedero suavium*, omissum *via*, quod et notat Charisius. *Recta* est magis qualitas viae quam loci. 10

[ad p. 214 sq.] Ad locum *Huc istuc illuc. Eo eodem. isto illo*[.] *Alio*. Significat et in hunc finem, et terminum augmenti, ut *eo insolentiae*. Interdum et ob aliquam causam *Eone es ferox* (+ id est ea re +).

[ad p. 215] *Eo loci* significat in eo loco[.] Ulpianus l. *sed etsi* 52 §. *si ea res* 3. *de judic.* et §. seq. (+ quemadmodum Lucretius *inde loci mortalia secla creavit* lib. 4 +). *Quo* interrogat de loco ad quem tenditur. 15

[ad p. 215 sq.] *Aliquo quoquo quocunque quovis quolibet quopiam quoquam, nequo. Neutro Utro (utroque versus)*.

De *usquam nusquam foras longe peregre* dictum est supra. *Ultero citroque*. De *usque* 20
32 r° diximus *Trans alpes usque*.

[ad p. 216] VERSUS LOCUM ADVERBIA. *Horsum. Istorsum illorsum aliorsum*, id est hunc istum illum, alium versus locum[.] *Dextrorsum sinistrorsum laavorsum introrsum introrsum extrorsum. Retrorsus* vel *retrorsum. Prorsum* omnia in universon. *Sursum, deorsum*, non videntur composita ex *versum*, hoc exempla arguunt[:] Cicero *sursum versus*. Terent. *deorsum* 25
versum. Quorsum id est quem versus locum. Item de quocunque termino motus vel actionis.

3 *eminus* (1) intus ex (2) *cominus* L 25 hoc (1) compos (2) exempla L 26 id est erg. L

6 *Extrinsecus ... bellum*: vgl. LIVIUS, *Ab urbe condita*, II, 33, 6. 6 *Forinsecus*: vgl. PLINIUS D. Ä., *Naturalis Historiae libri XXXVII*, XIII, 22, 122. 10 *eadem ...* Charisius: vgl. PLAUTUS, *Bacchides*, I, 1, 15 (49), in verkürzter Form zitiert durch CHARISIUS, *Artis Grammaticae libri V*, II, 13 (De adverbio, s. v. obiter; *Grammatici latini*, hrsg. v. H. Keil, Bd 1, Leipzig 1857, S. 209). 13 *eo insolentiae*: PLINIUS D. J., *Panegyricus*, XVI, 5. 13 *Eone es ferox*: TERENTIUS, *Eunuchus*, III, 1, 25 (415). 15 f. Ulpianus ... §. seq.: Dig. 5, 1 l. 52, § 3–4. 16 *inde ... creavit*: LUCRETIUS, *De rerum natura libri VI*, vielmehr V, 791. 19 *utroque versus*: PLAUTUS, *Captivi*, II, 3, 8 (368). 20 *Ultero citroque*: CAESAR, *Bellum Gallicum*, I, 42, 4. 21 *Trans alpes usque*: CICERO, *Pro P. Quinctio oratio*, 12. 25 *sursum versus*: vgl. CICERO, *Orator ad Brutum*, 135. 25 f. *deorsum versus*: vgl. TERENTIUS, *Adelphoi*, IV, 2, 36 (575).

[ad p. 217 sq.] *Pessum* id est pedibus deorsum[.] *Domi, ruri, Humi, belli, Militiae* Grammatici accensent nominibus declinabilibus. Sed potius est adverbia haberi. Nam et graeci οἴχοι. οἴκαδε *domi* οἴκοθεν *domo*. Non admittunt quaevis adjectiva. Non dicitur *sum domi regiae* sed *sum domi meae*. Nec dicitur *sum aedium*, quemadmodum *sum domi* ([+] dicitur *ruri*,
 5 non *ruris* [+]) nec dicitur *sum domus*. *Fundit humi*, id est ad humum. *Animus belli ingens, domi modicus*. Etiam adverbia pro nominibus indeclinabilibus sumuntur, *jam cras hesternum consumsimus ecce aliud cras*. Persius sat. 5.[.] *Tiberius falsum renidens*. Tacit. 4 ann. Sic et adverbia sunt, *vesperi sero vili, tempori*. Sed contra dicitur: *domi meae*. Imo et Cic. ad Attic. lib. I. Ep. 8. *domi Caesaris*. *Domum ire* non est adverbium, alioqui non diceretur, *vestras*
 10 *quisque redite domos*. Loco *ruri* dictum est *rure*, *Rure ego viventem tu dicis in urbe beatum*.

Humi in terra[.] per terram[.] in terram. *Humo*, de loco. *Una semper militiae et domi fuimus*[.] *Adelph.* a. 3. sc. 4.

[ad p. 220 sq.] Dicendum ut supina sunt verba quae degenerant in adverbia et motum significant vel locum, ita et haec nomina videntur esse adverbia certorum Casuum terminationem habentia prout in locum vel ad locum, vel in loco significant. Plaut. *Cas.* prolog. in
 15 *Graecia et Carthagini*; ut *ruri, belli, domi*[.] Nec mirum dici *domi meae*, nam dicitur et *cras hesternum*. *Redite domum*, vel *vestras domos*, est adverbialiter, nam redire jam accusativum continet[.] est enim retro viam facere[.]

[ad p. 221 sq.] ADVERBIA QUANTITATIS[.] Quantitas discreta vel continua. Adverbia
 20 Numeri sunt, Certi: *semel bis ter quater* etc. Numeri incerti[.] *toties quoties multoties, aliquoties, saepe raro, multo* vel *multum, plus, plusculum*. Determinatos numeros et significant *rursus, tertium quartum*. Ad numerum spectant etiam adverbia ordinis.

Adverbia ordinis sunt: *primo secundo* etc. *postremo ultimo, dein deinceps, postea, praeterea, denique, postremo, postremum*. Eodem sensu *posterius*[.] *Ne tu [hoc] mihi posterius*
 25 *dicas. Ultimo, ultimum. praeterea*.

[ad p. 222] Adverbia magnitudinis seu quantitatis continuae. *Longe late prolixè breviter, profunde crasse alte finite, infinite*.

3 οἴκαδε *domi* erg. L 7 Persius sat. 5 erg. L 15 prout (I) motum (2) in L 27 infinite. (I)
 Longe (2) Adverbia L

5 *Fundit humi*: vgl. VERGIL, *Aeneis*, I, 193. 5f. *Animus ... modicus*: SALLUST, *De bello Jugurthino*, 63, 2. 6f. *jam ... cras*: PERSIUS, *Saturarum liber*, 5, 68. 7 *Tiberius falsum renidens*: vgl. TACITUS, *Annales*, IV, 60, 2. 9 *domi Caesaris*: CICERO, *Epistolae ad Atticum*, vielmehr I, 12, 3. 9f. *vestras ... domos*: OVID, *Heroides*, XIII, 128. 10 *Rure ... beatum*: HORAZ, *Epistolae*, I, 14, 10. 11f. *Una ... fuimus*: TERENCE, *Adelphoi*, III, 4, 49 (495). 15f. *in ... Carthagini*: PLAUTUS, *Casina*, Prolog, 71. 16f. *cras hesternum*: PERSIUS, *Saturarum liber*, 5, 68. 24f. *Ne ... dicas*: vgl. TERENCE, *Andria*, III, 2, 29 (509).

[ad p. 223] Adverbia qualitatis enumerare nimis prolixum foret, quia pleraque nomina adjectiva qualitatem significantia, gignunt adverbia. Itaque quaedam tantum enumerabimus primitiva.

Similitudinis. *Ut, uti, sicuti, sicut* quibus respondent; *sic ita prout. Non Pelides tormento fuit, prout ego herum expugnabo meum. Velut.* 5

Ceu, quasi. Ceu magis poeticum[.]

[ad p. 224] *Tanquam. Aeque, ac. Pariter, ac. Proinde ac. Atque Ac si, ut, quam*[.] *Quemadmodum. Quomodo. Item*[.] *item posthac etiam facias. Itidem. itidem ac in Comoediis* Ter.

Prope propemodum. idem propemodum est. Videntur haec tamen magis adverbis intendendi et remittendi accensenda. 10

[ad p. 224 sq.] Adverbia intendendi et remittendi[.] *Intendendi valde, valide. Horatio valdius. prorsus. Nimirum. Admodum (Nuper admodum). Omnino* idem est ac si omnes numeraveris[.] *Adeo. per* in compositione, ut *perquam, permagni, perabsurdum, per ego magni aestimo.* Cic. *ad Att. Tam quam* intendunt, cum unum sine altero et absque relatione ponuntur. 15

Ut vidi, ut perii[.]

[ad p. 226] *Magnopere maximopere summopere, tantopere quantopere* id est magno opere[.] Plaut. *Cas.*

Vel. Carmina vel coelo possunt deducere Lunam[.]

Pene prope propemodum fere ferme. Indicant quod adhuc in motu est. Idem fere significat: 20 *tantum non.*

Macte id est maxime. *Macte amare* Plaut. *Milit.*

Efflictim. Impense.

32 v^o

[ad p. 226 sq.] Adverbia remittendi[.] *Sensim paulatim, pedetentim, aegre, vix.* Videntur haec adverbis qualitatis annumeranda, est enim qualitas motus. Idem dubium circa adverbis minuendi, ut *saltem, at, certe*, quae quidam conjunctionibus adversativis accensere malunt. *Saltem*, est a captivis, qui desperatis omnibus salutem postulant, sive vitam, ut notat Donatus. 25

4 *ita* (1) Plaut. *rud. ut tute es, ita censes omnes esse* (2) *prout* L 14 *cum* (1) *sol* (2) *unum* L
22 *Macte ... Milit. erg. L*

4 (Variante) *ut ... esse*: PLAUTUS, *Rudens*, IV, 4, 55 (1099). 4f. *Non ... meum*: vgl. PLAUTUS, *Bacchides*, IV, 9, 5 (929). 8 *item posthac etiam facias*: vgl. CICERO, *Epistolarum ad familiares libri XVI*, XIV, 8, 1. 8 *itidem ... Comoediis*: TERENCE, *Hecyra*, V, 4, 26 (866). 9 *idem propemodum est*: bei Felden Bezugnahme auf CICERO, *De divinatione*, II, 85. 12 *valdius*: vgl. HORAZ, *Epistolae*, I, 9, 6. 12 *Nuper admodum*: TERENCE, *Heautontimorumenos*, I, 1, 1 (53). 13f. *per ... aestimo*: vgl. CICERO, *Epistolae ad Atticum*, X, 1, 1. 18 Plaut. *Cas.*: vgl. PLAUTUS, *Casina*, V, 4 (993 f.). («nam tu maximo Me opsecravisti opere, Casinam ut poscerem uxorem mihi Tui amoris causa»). 19 *Carmina ... Lunam*: VERGIL, *Eclogae sive Bucolica*, VIII, 69. 22 *Macte amare*: vgl. PLAUTUS, *Miles gloriosus*, II, 1, 22 (100). 27 *Saltem ...* Donatus: vgl. AELIUS DONATUS, *Commentum Terentii*, zu TERENCE, *Adelphoi*, II, 2, 41 (249).

[ad p. 227] At ejusdem cum *saltem* significationis. *Si minus supplicio affici, at custodiri oportebat. Certe* magis est adverbium confirmandi aut concedendi quam remittendi.

Huc referantur Adverbia Comparandi[,] nam comparatio est in intensione et remissione. *Magis minus. praecipue inprimis Cumprimis. praesertim. praecipue.*

5 [ad p. 228 sq.] Huc referunt *tanquam, aequae perinde proinde, Eo quo*. Sed haec potius adverbia similitudinis sunt[,] *Proinde quandoque* idem quod *perinde. Proinde quasi nemo siet. Heaut.* a. 1. sc. 1.

Adverbia affirmandi[,] *Ita*, quando respondendo affirmamus. *Mihin? Ita. Etiam et Sic.*[,] *Phanium relictam solam? Sic.*

10 Eodem modo servit, Alias: *ita est, sic est.*

Certe eandem vim habet vere, non secundum opinionem tantum. *Revera reapse* eodem modo (+ videndum an revera bonum +)[.]

[ad p. 229] *Quidni et quidni laudet. quippe*. Conjunctio est causalis apud Ter. *Heaut. quippe forma impulsu nostra nos amatores colunt*. Affirmandi vim habet apud Cic. *pro Caecin.*

15 *Recte diceret te restituisse? quippe* (id est *certe*) *quid facilius est?*.

Plane magis adverbium qualitatis. *Plane et perspicue*. (+ sed apud istos, idem quod *attamen, equidem* vel: *ita quidem*[,] est *attamen* exceptio firmans regulam. +) *Sane* adverbium confirmandi. *Quidem* idem, quod *certe, mea quidem vita in periculo est*.

[ad p. 230] NEGANDI. *Non, haud, haudquaquam Nullatenus (nullomodo) Neutiquam. Ne*
20 *nec*, si sequatur *quidem*, negant. *Ne obolum quidem*.

ADVERBIA SIGNIFICANTIA QUALITATEM PRAEDICANDI, ea vel a rebus vel ab intellectu. Quae a rebus oritur, an praedicatio fiat sub conditione vel pure. Item an simpliciter an cum restrictione. Item an nude an cum exclusione aliorum[,] Item an contingenter an necessario. Hinc adverbia: conditionalia[,] restringendi, excludendi, modalia.

25 CONDITIONALIA, huc refero conditionales conjunctiones vulgo dictas (ἤ)[.] Sunt enim adverbia, quatenus praedicationem reddunt conditionalem, conjunctiones quatenus inseriunt

8 *Mihin? Ita* erg. L 8 *Etiam (I) sic* itidem (2) . Item *sic* (3) et L 10 Eodem modo servit, erg. L 13 *Quidni (I) etiam* (2) idem quod *ita. sic.* (3) et L 17 vel ... regulam. erg. L 22 an (I) sub (2) cum L

1 f. *Si ... oportebat*: CICERO, *In C. Verrem orationes sex*, actio secunda, II, 5, 69. 6 f. *Proinde ... siet*: TERENTIUS, *Heautontimorumenos*, I, 1, 13 (65). 8 *Mihin? Ita*: vgl. TERENTIUS, *Andria*, V, 2, 10 (849). 9 *Phanium ... Sic*: TERENTIUS, *Phormio*, III, 1, 2 (316). 13 *quidni laudet*: CICERO, *De officiis libri tres*, II, 22, 76. 14 *quippe ... colunt*: TERENTIUS, *Heautontimorumenos*, II, 3, 9 (389). 15 *Recte ... est?*: vgl. CICERO, *Oratio pro A. Caecina*, 55. 16 *Plane et perspicue*: *Rhetorica ad Herennium*, IV, 46, 59. 18 *mea ... est*: vgl. TERENTIUS, *Andria*, II, 2, 10 (347).

duarum propositionum connexioni. Huc *si, ni, nisi. Sis* id est si vis. *Sodes*, id est si audes. *Sultis* id est si vultis.

ADVERBIA RESTRINGENDI. Ex eo orta quod non omnia praedicata simpliciter enuntiantur de suis subjectis, sed cum restrictione quadam, talia sunt adverbia. *Qua*. (Cic. *ad Attic. quia intelligo [te] distentissimum esse qua [de] Buthroitiis, qua de Bruto*). 5

[ad p. 231] *Quatenus*: (Cic. *de orat. in omni re videndum est quatenus* et Cic. *de offic. leges tollunt astutias quatenus manu rem tenere possunt[,] philosophi quatenus ratione et intelligentia*).

Quantum, in quantum. (quantum possum. Plinius panegyri. Audita sunt vota tua, sed in quantum optimo illi et sanctissimo seni utile fuit). 10

ADVERBIA EXCLUDENDI quae significant reliqua subjecta praeter hoc quod in propositione est a participatione praedicati excludi. Suntque *solum, tantum, modo, solummodo tantummodo, saltem, duntaxat. Unice. Praecise[.]* Cic. *ad Atticum. praecise negavi*.

[ad p. 232 sq.] ADVERBIA MODALIA. Quae significant contingentiam vel necessitatem inhaerentiae praedicati. *Necessario. casu. fortetortuna. fortuito*. 15

Porro sunt et adverbia significantia qualitatem praedicandi quae provenit a dispositione intellectus, hinc ADVERBIA DUBITANDI ET CONFIRMANDI. Confirmandi: *nae, profecto vere. Certe, revera sane*. Verba jurandi ut *pol, aedepol, Aecastor, Hercule Hercle, Mehercle, Mehercles, Mecastor, Medius fidius*. Huc adverbia, quae grammatici vocant elevandi adverbia, ut *nempe, nimirum, scilicet, videlicet. Nempe hoc sic esse opinor. Terent. Andr. a. 2 sc. 3. 13. et 20 Nimirum id est sine dubio. Nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum Ter. Eun. a. 3. sc. 3. Scilicet hoc utimur cum respondendo confirmamus[,] Ter. Eunuch. a. 5. sc. 9. 10. Fratris igitur Thais tota est? Scilicet. Sumi autem et ironice solet. Scilicet is superis labor est.*

Videlicet eodem modo ut *nimirum*.

[ad p. 233] ADVERBIA DUBITANDI *forsan forsitan, fortassis, fortasse, fortassean, fors, 25 forsit*. Horat. lib. 1. sat. 6. *Dissimile hoc illi est, quia non ut forsit honorem jure mihi invidet quivis[.]*

4 *Qua (1) quatenus Cicero: (2) (Cic. L 4 Cic. ad Attic. erg. L 5 de L ändert Hrsg. nach Felden 16 Porro (1) inte (2) sunt L 21 malum (1) Horat. lib. 1. ep. 14. (2) Ter. Eun. a. 3. sc. 3. L 23 Sumi (1) tamen (2) autem L*

4f. *quia ... Bruto*: vgl. CICERO, *Epistolae ad Atticum*, XV, 18, 2. 6 *in ... quatenus*: vgl. CICERO, *Orator ad Brutum*, 73. 7f. *leges ... intelligentia*: vgl. CICERO, *De officiis libri tres*, III, 17, 68. 9 *quantum possum*: TERENTIUS, *Heautontimorumenos*, V, 2, 31 (983). 9f. *Audita ... fuit*: PLINIUS D. J., *Panegyricus liber*, X, 4. 13 *praecise negavi*: CICERO, *Epistolae ad Atticum*, VIII, 4, 2. 20 *Nempe ... opinor*: TERENTIUS, *Andria*, II, 3, 13 (387). 21 *Nimirum ... malum*: TERENTIUS, *Eunuchus*, III, 3, 2 (508). 22f. *Fratris ... Scilicet*: TERENTIUS, *Eunuchus*, V, 8, 10 (1040). 23 *Scilicet ... est*: VERGIL, *Aeneis*, IV, 379. 26f. *Dissimile ... quivis*: HORAZ, *Sermones*, I, 6, 49 f.

Utrum (+ cui respondet *an* +). *Si* id est *an*. Terent. *Heaut.* a. 3. sc. 4. *visam si domi est.* id est *an* sit. Virgilius. 4 *Aen.* 110. *sed fatis incerta feror si Jupiter unam esse velit Tyriis urbem.* Et Caes. lib. 1. *B. C. Illi vadum fluminis Sicoris tentare, si transire possint[.]* (+ hinc in linguis Vulgaribus Italica et Gallica, *Si* hanc significationem sola retinuit neque enim *an*, nisi per *si* in illis exprimi potest.[+])

[ad p. 233 sq.] ADVERBIA INTERROGANDI. Sunt ejusdem naturae cum adverbis dubitandi, nam qui interrogat dubitat. Fiunt autem interrogationes vel circa τὸ ὄτι *an* sit vel circa τὸ διότι cur sit seu causam. Interrogationes circa τὸ ὄτι tot esse possunt quot praedicamenta. De substantia quaerimus per adverbium *Nunquis, nunquid*, de qualitate et ejus intensione et remissione per adverbium, *quomodo, qui qualiter, quam quantopere[.]* De quantitate in genere, *quantum, quantumulum.* De numero *quoties[.]* De tempore *quando, quoad quousque, quamdiu.* De loco, *ubi, utrobi, quo, utro, unde, qua quorsum.* Causam interrogamus his adverbis *cur, quare quamobrem, quapropter, quid, quid ita, cur non, quidni.* In dubiis etiam versamur concedendo et corrigendo.

[ad p. 234] CONCEDENDI ADVERBIA *sane sanequidem, ilicet* erat praeconis iudicium dimittentis. Significat et *confestim* ut *extemplo.*

ADVERBIA CORRIGENDI *imo, quinimo potius[.]* Sunt et adverbium quae oriuntur a dispositione intellectus practici circa propositiones, velut optandi, hortandi, prohibendi, eligendi, eventus[.]

[ad p. 234 sq.] OPTANDI, *ut utinam. si (si nunc se nobis ille aureus arbore ramus ostendat). Osi. Sic.* Virg. *Ecl.* 9. (*sic tua Cyrraeos fugiant examina taxos*) *ita. (ita Deus faxit).*

[ad p. 235] Hortandi et imperandi. *Eja, age, agite, agitedum, agedum. Quin (quin taces)* connumerantur et interjectionibus.

ADVERBIA ELIGENDI *potius, imo magis, imprimis, praesertim, maxime, praecipue.*

[ad p. 235 sq.] Adverbium eventus *frustra ego has rationes mecum deputo[.] Nequicquam. incassum.*

Plures adverbiorum species recensent Grammatici, sed maximam partem adverbis qualitatis annumeranda sunt quorum nimius est numerus. Verbi gratia SEPARANDI adverbium

4 retinuit (*I*) +) (2) neque *L*

1 *visam ... est:* TERENTIUS, *Heautontimorumenos*, I, 2, 118 (170) u. *Eunuchus*, III, 4, 7 (545). 2 *sed ... urbem:* VERGIL, *Aeneis*, IV, 110 f. 3 *Illi ... possint:* vgl. CAESAR, *Commentarii belli civilis*, I, 83, 4. 20 *si ... ostendat:* VERGIL, *Aeneis*, VI, 187 f. 21 *sic ... taxos:* VERGIL, *Eclogae sive Bucolica*, IX, 30. 21 *ita Deus faxit:* AURELIUS AUGUSTINUS, *Soliloquia*, I, 9 (PL 32, Sp. 874). 22 *quin taces:* vgl. etwa PLAUTUS, *Menaechmi*, V, 9, 55 (1114), *Mercator*, II, 4, 26 (494), *Persa*, IV, 7, 19 (730) u. TERENTIUS, *Andria*, II, 4, 2 (399). 25 *frustra ... deputo:* TERENTIUS, *Adelphoi*, II, 1, 54 (208).

enumerant haec: *separatim, seorsim, seorsum, privatim, publice, secreto, divise, divisim, Secus, Aliter, sigillatim et singulatim, Bipartito, bifariam, trifariam, multifariam, simpliciter dupliciter, tripliciter* etc. *Ostiatim, viritim*, sed haec omnia significant qualitatem numeri vel multitudinis. Sic et *tuatim* est adverbium qualitatis significans, *tuo more*, quo usus est Plautus *Amphitr.* a. 2. sc. 1. 5

[ad p. 236 sq.] ADVERBIORUM REGULAE jam facile intelligentur; subjiciuntur verbis aut eorum participiis; imo et adjectivis. Epitheta enim sunt adjectivorum, sive ea sint nomina sive verba. Hinc verbis substantivis paucissima adverbia addi possunt. *Frustra sum*. Non tamen, *bene sum*. Facilius in impersonali *bene est*[.] Nam *est* impersonaliter significat *res se habet*[.] *Semper lenis*; adverbium adjectum adjectivo. Unde Terentius etiam ipsi substantivo abstracto *Heri semper lenitas*. Cum autem adverbia sint adjectiva adjectivorum, mirum non est si sint adjectiva aliorum adverbiorum. *Nec nimis valde, nec nimis saepe*. 10

33 v^o

[ad p. 238] Porro adverbia se habent ut adjectiva neutra. Ut *torvum tuetur. Satis. abunde*. Jam adjectiva neutra saepe in modum substantivorum se habent, quando cum genitivo casu construuntur. Ut *Multum terroris*. Eodem modo *Satis nivis. Fraudis abunde est*. 15

Ergo significat idem quod gratia (+ forte a graeco *ergo*, id est opere, causa, negotio +).

[ad p. 239] Sequuntur et constructionem primitivorum ut Cicero: lib. 3. *de fin. Congruenter naturae*.

[ad p. 246] *Non* omnibus partibus orationis addi potest.

<i>Non ignarus.</i>	<i>Nonnullus.</i>	<i>non ignoro</i>
nom.	pronom.	verba.

20

<i>non ignorans</i>	<i>nonnusquam.</i>	<i>non sine damno</i>
particip[.]	adverb.	conjunct.

[ad p. 248 sq.] Quae nomina licet declinabilia, afficiunt verba, quatenus illa verba praedicati locum obtinent, ea habent naturam adverbiorum. Exempli causa *solus homo ratiocinatur*. 25
Subjectum est non *homo solus*, alioqui sensus esset, hominem sibi relictum esse rationalem,

21 pronom. (1) verbum (2) verba L 25 *homo* (1) est rationalis |(2) *ratiocinatur* ers. |L

4f. *tuatim* ... sc. 1.: vgl. PLAUTUS, *Amphytrio*, II, 1, 5 (554). 8 *Frustra sum*: TERENTIUS, *Heautontimorumenos*, V, 5, 6 (857). 11 *Heri semper lenitas*: TERENTIUS, *Andria*, I, 2, 4 (175).
12 *Nec* ... *saepe*: vgl. CICERO, *De legibus*, III, 1. 13 *torvum tuetur*: Leibniz bezieht sich hier eindeutig auf VERGIL, *Aeneis*, VI, 467 f. (*talibus Aeneas ardentem et torva tuentem lenibat dictis animum*), während der Druck auf VII, 399 f. (*torvumque repente clamat*) hinweist. 15 *Multum terroris*: FRONTINUS, *Strategemata*, I, 11, 17. 15 *Satis nivis*: vgl. HORAZ, *Carmina*, I, 2, 1. 15 *Fraudis abunde est*: VERGIL, *Aeneis*, VII, 552. 17f. *Congruenter naturae*: vgl. CICERO, *De finibus bonorum et malorum*, III, 7, 26.

quod non volumus; sed subjectum est *homo*; praedicatum *solus ratiocinatur*. Et ita *solus* est adverbium, licet declinabile. Adverbia plurima habent et officium conjunctionum, hinc apud Grammaticos confusio de constructione adverbiorum.

[ad p. 247] Exempli *sanguinem pro te profunderem, nedum pecuniam* videtur esse conjunctio[,] potius est enim argumentum a minus probabili ad magis probabile.

[ad pag. 250–252] *Opus et usus*, ut *mihi sic usus est, dux et autor nobis opus est* habent naturam adverbiorum. Duo ablativi consequentiam designantes etiam. Ut *oppressa libertate. Teucro duce. Me suasore*. Sueton. *Othon. c. 8. milites imperatorem quaerentes irrumpunt in triclinium, nec nisi viso destiterunt*. Tacit. 2. *annal. audito: castellum Luppiae flumini appositum obsideri*. Idem 1. *Ann. 6. Metuens ne reus subderetur, juxta periculoso, ficta seu vera promeret*. Veteres dixere[:] *absente nobis*. Plaut. *Amphit.* et Terent. *Eun. a. 4. sc. 3. 7. ac si hodie dicimus nobis coram*.

De Usu et Constructione praepositionum.

[ad p. 252 sq.] Praepositiones esse diximus quasi Adverbia Relationis, seu relationem verborum vel etiam adjectivorum significantia. Nam hactenus enumerata adverbia, caeteris praedicamentis accomodavimus. In hoc exemplo: *imperatorem stantem mori oportet*[,] *stantem* adverbialiter sumitur, et situm significat, est enim pars praedicati et afficit verbum. *Venio salutatum. Turpe dictu*; ubi *salutatum, dictu*, sunt adverbia actionis. Praedicatum relationis non attingimus, quod tamen Graeci ne exprimunt quidem nisi per praepositionem (τὰ πρὸς τι). In relatione omni duo sunt Termini, a quo et ad quem. Hinc praepositiones vel cum accusativo vel cum ablativo construuntur. Vestigemus primum significationes eorum quae cum accusativo construuntur.

[ad p. 253 sq.] *Ad* interdum idem quod *apud* vel *coram*: *ad Caesarem meam causam agas*, Cic. lib. 5. *Ep. 10. Bellum ad Mutinam* id est juxta. *Ad parietem communem*, 1. *quidam Hiberus*. 13. pr. *de serv. P. U.*

1 praedicatum (1) solus rationalis (2) *solus L* 5 a (1) maj (2) minus *L* 24 *Bellum erg. L*

6 *mihi ... est*: CICERO, *De finibus bonorum et malorum*, V, 10, 29. 6 *dux ... est*: vgl. CICERO, *Epistolarum ad familiares libri XVI*, II, 6, 4. 7 *oppressa libertate*: CICERO, *De domo sua ad pontifices oratio*, 116. 8 *Teucro duce*: HORAZ, *Carmina*, I, 7, 27. 8 *Me suasore*: PLAUTUS, *Mostellaria*, III, 3, 13 (916). 8f. *milites ... destiterunt*: vgl. SUETON, *De vita Caesarum*, Otho, 8, 2. 9f. *audito ... obsideri*: vgl. TACITUS, *Annales*, II, 7. 10f. *Metuens ... promeret*: vgl. TACITUS, *Annales*, I, 6, 11. 11 *absente nobis ... sc. 3. 7.*: vgl. das bei NONIUS, *De compendiosa doctrina* (hrsg. v. J. Mercier, Paris 1614, S. 76) überlieferte Fragment zu PLAUTUS, *Amphytrio*, u. TERENCE, *Eunuchus*, IV, 3, 7 (649). 23 *ad ... agas*: vgl. CICERO, *Epistolarum ad familiares libri XVI*, V, 10b. 24 *Bellum ad Mutinam*: CICERO, *Epistolae ad M. Junium Brutum*, I, 10, 2. 24f. *Ad parietem communem*: Dig. 8, 2 l. 13 pr.

Item comparative: *ad consuetudinem nostram haec sunt levia* Cornel. Nep. in *Epaminond.*
 et alicujus gratia: *ne ad Contumeliam honorem dedisse videamini* Caes. lib. 2. B. C.
ad venandum[,] Ter. *Andr.* a. 1. sc. 1[.]

Ad naturam vivere, id est secundum naturam[,] Senec.

Cic. *pro Roscio. Tecti ad alienos* (adversus alienos) *esse possumus.*

ad diem (id est in die) *venire.* Et talia[.]

[ad p. 255–257] *Ad* et *Apud* in multis conveniunt, [habet] tamen *apud* quae non possis
 accommodare ipsi *Ad*, ut *apud animum meum statuo.*

Dicit tamen Gellius lib. 19. c. 7. *coenare ad amicum*, pro *apud.*

De differentia inter *apud* et *penes*, Ulpianus l. *penes te* 63. *de V. S.*[,] aliter tamen paulo, l. 10
locum 3. §. *si penes* 4 *de tab. exhib.* De *apud* adde l. *fidejussor* 16. pr. *de fidejussor.* Prae-
 positio *ad* a praepositione *apud* differre videtur, quod *apud* mutua loci et personae conjunc-
 tionem significat, *Ad* non item.

Ante vel tempus vel locum significat[,] adde Ulpian. l. *qui ante* 13. *de V. O.* Quando
 refertur ad locum significat modum praesentiae. Personis juncta, comparisonem, *ante alios*[.] 15

[ad p. 257] *Cis* jungitur montium et fluviorum nominibus. Plautus *Truc. Cis paucos dies.*

Citra oppositum *ultra.* Etiam pro *sine* Papinian. l. ult. fin. *de publ. judic.*

Circa aliquem sunt, quae circa locum ejus sunt et locum ejus comitantur.

Circiter[.] *Circiter idus quintiles*, Cic[.] *Epist. Circiter meridiem* Caes. lib. 1. B. G. Idem
 eodem loco ad numerum, *ita dies circiter quindecim iter fecerunt.*

Circum idem quod *circa*, aut *quasi undique circa.*

7 habent *L ändert Hrsg.* 10 *penes*, (1) isti in l. (2) Ulpianus *L* 12 et (1) temporis (2)
 personae *L* 14 vel (1) in tempore vel in loco (2) vel tempus | vel locum *erg.* | significat *L* 14 Ulpian.
erg. L 17 Papinian. *erg. L*

1 *ad ... levia*: vgl. C. NEPOS, *Vitae excellentium imperatorum*, Epaminondas, 2, 3. 2 *ne ...*
videamini: vgl. CAESAR, *Commentarii belli civilis*, II, 32. 3 *ad venandum*: TERENCE, *Andria*, I, 1, 30
 (57). 4 *Ad naturam vivere*: vgl. L. A. SENECA, *Ad Lucilium epistolarum moralium quae supersunt libri*,
 16, 7. 5 *Tecti ... possumus*: vgl. CICERO, *Pro Sextio Roscio Amerino*, 116. 6 *ad diem venire*: CICERO
Oratio pro A. Caecina, 20. 8 *apud ... statuo*: SALLUST, *Epistola II ad Caesarem de re publica*, 6, 2 u.
 10, 4. 9 *coenare ad amicum*: vgl. AULUS GELLIUS, *Noctium Atticarum libri XX, XIX*, 7, 2.
 10 Ulpianus ... *V. S.*: Dig. 50, 16 l. 63. 11 *locum ... exhib.*: Dig. 43, 5 l. 3 § 4. 11 *fidejussor ...*
fidejussor: Dig. 46, 1 l. 16 pr. 14 Ulpian. ... *V. O.*: Dig. 45, 1 l. 13. 15 *ante alios*: bei Felden
 Bezugnahme auf VERGIL, *Aeneis*, I, 346. 16 *Cis paucos dies*: vgl. PLAUTUS, *Truculentus*, II, 3, 28 (348).
 17 Papinian. ... *judic.*: Dig. 48, 1 l. 14. 19 *Circiter idus quintiles*: vgl. CICERO, *Epistolarum ad*
familiares libri XVI, III, 5, 4. 19 *Circiter meridiem*: CAESAR, *Bellum Gallicum*, I, 50, 2. 20 *ita ...*
fecerunt: CAESAR, *Bellum Gallicum*, I, 15, 5.

[ad p. 258] *Contra* id est ex adverso loco. Deinde oppositionem qualitatis.

Erga videtur significare relationem affectus vel habitus ad id quod commodum vel incommodum percipit ex actu, qui secundum illum affectum vel habitum exercetur. *Bene velle alicui*, hinc fit benevolentia erga aliquem. Imo Corn. Nep. *Bellum erga aliquem suscipere* id est in ejus incommodum.

[ad p. 259] *Extra* et *intra* opponuntur. *Intra* est cujus loco in aliquo Termino comprehenditur[,] ergo *Extra* adhibetur in exceptionibus[,] Haec omnia intelliguntur in loco numero, tempore.

[ad p. 260] *Inter* videtur significare relationem comprehensi ad comprehendens. *Inter caeteros exhaerere*, pr. et §. 1. J. *de exhaered.* lib. est in numero exhaeredatorum comprehendere. Aliquando *inter sese* id est vicissim, *illi inter sese magna vi brachia tollunt*.

Infra relatio ad superius.

[ad p. 260 sq.] *Juxta* ut *ad* et *apud*. Item *prope*.

[ad p. 261] *Ob* significat causam, et quidem efficientem *pretium ob stultitiam*. finalem, Sueton. *Vespas. ob subterfugendum jus fiscis*. Vide Pomponium l. *damus* 52. *de condict. indeb.* Item *ob oculos*, id est ante oculos.

Penes significat relationem ad eum cui potestas competit. *Penes te* forte idem quod *penitus apud te*.

[ad p. 261–263] *Per* significat relationem ad medium, seu id quod instar medii se habet, inter duos terminos sive loci sive temporis. Quicquid facimus, aut per nos facimus, aut per alios. Si per alios, hi instar mediorum sunt, per quae fit operatio[,] Generalius per aliquem fieri quid dicitur, quod ejus officio fit[,] l. ult. *de Rei vind.* fin. l. *vinum* 22. init. *de rebus cred.* Si per nos ipsos tunc in ipso agente considerari potest causa disponens ad agendum quae medii naturam habere videtur. *Per se sibi quisque carus est*. Cic. *de amic. per tuam fidem. per officium*. In operante porro possunt considerari modus operandi, potentia, instrumentum, occasio, item, quibus adjuvantibus, concedentibus impredientibus, item loca per quae fit motus etc. Modus operandi consistit vel in violentis vel in clandestinis mediis (*per vim. per fraudem*)

4 *suscipere erg. L* 7 *ergo erg. L* 20 *inter duos terminos erg. L* 21 *operatio (I) Ter. Heaut.*
a. 2. sc. (2) [.] *Generalius L* 26 *etc. erg. L*

4 *Bellum ... suscipere*: vgl. CORNELIUS NEPOS, *De viris illustribus*, Datames, 10, 3. 9f. *Inter caeteros exhaerere*: Inst. 2, 13 pr. und § 1. 11 *illi ... tollunt*: VERGIL, *Georgica*, IV, 174. 14 *pretium ob stultitiam*: TERENCE, *Andria*, III, 5, 4 (610). 15 *ob ... fiscis*: vgl. Sueton, *De vita Caesarum*, Vespasianus, 23, 1. 16 *ob oculos*: CICERO, *Pro C. Rabirio Postumo oratio*, 39. 17 *Pomponium ... indeb.*: Dig. 12, 6 l. 52. 18 *per ... est*: CICERO, *Laelius de amicitia*, 80. 19 *per tuam fidem*: TERENCE, *Andria*, I, 5, 55 (290). 20 *per officium*: TACITUS, *Annales*, I, 24, 3. 21 *per vim*: PLINIUS D. J., *Panegyricus*, 57, 4. 22 *per fraudem*: vgl. CICERO, *Pro P. Quinctio oratio*, 56.

34 v^o

potentia (*per proprias vires*. Salust) instrumentis (*per literas*[]) occasione (*per tempus advenis* Ter. *And.* a. 4 sc. 5: 44) quibus concedentibus adjuvantibus impediens (*per me licet. per te stetit. per valetudinem, per anni tempus*. Sunt enim causae adjuvantes)[.]

[ad p. 263] *Post* opponitur ipsi *Ante*. Est in tempore et loco.

Pone regulariter sine casu, et sic adverbium est. Tamen Plautus *Poenulo pone nos*. Liv. 5 lib. 10. *pone castra*.

Praeter ratione loci idem quod *ultra*. *Praeter hanc commeare*, id est juxta, Plin. *Epist. Praeter alios hoc habeo*, est exclusio cum excessu. *Praeter aetatem stultus*. Id est ultra quam aetas admittit.

[ad p. 264] *Prope* etiam in tempore ut *prope pubertatem*. Callistratus l. *non tantum* 17 pr. 10 *de excus. tut.*

[ad p. 264 sq.] *Propter* convenit cum *juxta* Terent. *Adelph.* a. 2. sc. 1. *propter hunc adsiste*. Ciceroni solet significare causam. *propter perfidiam*. Plaut. *Amphitr.* a. 4. sc. 1. *quem propter*.

[ad p. 265] *Secundum* significat *prope* (l. Attius 38 *de acq. rer. dom.* Paulus l. *inter eos* 15 29. eod.) Deinde significat *post*: (*secundum deos homines hominibus maxime utiles*). Pro aliquo vel in commodum alicujus (Cic. *ad Attic. praetor secundum me decrevit*[.] Ulpian. l. *Papinianus* 8. §. *meminisse* 14. *de inoff. test.*) denique *juxta* (*secundum facta et virtutes tuas* Ter. *Eun.*)

Secus. cognatum cum *prope*[.] id Charisius a vulgo sic usurpatum novum et sordidum 20 pronuntiat, habet tamen Plin. lib. 25. c. 15. *secus fluvios*.

7 *ultra*. (1) Item *ante*. (2) *Praeter* L 10 17 pr. *erg.* L 13 *propter* (1) *que* (2) *perfidiam* L 17 *commodum* (1) *alteri* (2) *alicujus* L

1 *per proprias vires*: bei Felden Bezugnahme auf SALLUSTIUS, *De bello Jugurthino*, 14, 4. 1 *per tempus advenis*: TERENTIUS, *Andria*, IV, 5, 45 (783). 2 *per me licet*: CICERO, *Tusculanae disputationes*, IV, 21, 47. 2f. *per te stetit*: vgl. TERENTIUS, *Andria*, IV, 2, 16–18 (699–701). 3 *per ... tempus*: vgl. CICERO, *Epistolae ad familiares*, XVI, 7, 1. 5 *pone nos*: vgl. PLAUTUS, *Poenulus*, III, 2 (611). 6 *pone castra*: vgl. LIVIUS, *Ab urbe condita*, XL, 30, 9. 7 *Praeter hanc commeare*: PLINIUS D. J., *Epistolarum libri X*, II, 7, 6. 8 *Praeter ... habeo*: vgl. TERENTIUS, *Adelphoi*, II, 3, 5 (258). 8 *Praeter aetatem stultus*: vgl. PLAUTUS, *Epidicus*, I, 2, 3 (106). 10f. *prope ... tut.*: Dig. 27, 1 l. 17 pr. 12f. *propter hunc adsiste*: TERENTIUS, *Adelphoi*, II, 1 (169). 13 *propter perfidiam*: CICERO, *Pro Sex. Roscio Amerino*, 10. 13f. *quem propter*: vgl. PLAUTUS, *Amphytrio*, IV, 1 (1016). 15 l. Attius ... *dom.*: Dig. 41, 1 l. 38. 15f. Paulus ... eod.: Dig. 41, 1 l. 29. 16 *secundum ... utiles*: CICERO, *De officiis libri tres*, II, 11. 17 *praetor ... decrevit*: vgl. CICERO, *Epistolae ad Atticum*, IV, 2, 3. 17f. Ulpian. ... *test.*: Dig. 5, 2 l. 8, § 14. 18f. *secundum ... tuas*: TERENTIUS, *Eunuchus*, V, 8, 60 (V, 9, 42; 1090). 20f. Charisius ... pronuntiat: vgl. CHARISIUS, *Artis Grammaticae libri V*, I, 15. 21 *secus fluvios*: vgl. PLINIUS D. Ä., *Naturalis Historiae libri XXXVII*, vielmehr XXIV, 15, 85.

Supra, super opponitur *infra*[.] *Extra territorium et supra territorium jus dicere*. Paul. 1. ult. *de jurisdict.*

[ad p. 265 sq.] *Trans* congruit cum *ultra*[.]

Versus postponi solet, *Brundisium versus* Cic. *Epist.*

5 *Adversus. contra; Erga.* ex adverso loco, (*tibi adversum stans*)[.]

Ultra significat relationem in excessu ad terminum consistentem[.] Ulpian. 1. *cum duobus* 52. §. *idem respondit.* §. 9. *pro soc. societatem non posse ultra mortem porrigi.*

[ad p. 266 sq.] PRAEPOSITIONES REGENTES ABLATIVUM[.]

A *Ab*[.] Hujus tam multae sunt significationes ut videantur sub una ratione comprehendi 10 non posse. Quod si tamen singula perpendamus; videtur dicere relationem ad principium. Principium est unde quid fit, est, cognoscitur.

Principium fiendi, quod est generationis et motus. *usque ab avo atque atavo. Pudica a me* Plaut. *Curcul.* Quando substantivo effecti jungendus est genitivus efficientis, solere loco hujus adhiberi hanc praepositionem cum ablativo[.] Lucret. lib. 2. *neque fulgorem reverentur ab* 15 *auro*, id est auri. Ter. *Eunuch.* a. 3. sc. 5. 9. *ab eo gratiam inibo*, pro *gratiam ejus.* (¶) Commode autem haec praepositio adhibetur loco genitivi ad vitandam amphiboliam, qua genitivus significare agentem et patientem potest.

[ad p. 267 sq.] In civilibus et practicis principium est praecipiens, prohibens, permittens, disponens, item quod auxiliatur quod instruit. Favoris ac studii, ac tandem ipsius operationis[.]

20 Praecipiens et prohibens (*ab imperatore praeceptum, prohibitum*) permittens (*tantum a re tua tibi otii est*) disponens (Cic. ad Attic[.] *me a singulari amore, quae scribo, scribere*[.]). Auxilians (*opem a Deo petere*) instruens (*imparatus a pecunia*) principium favoris et studii quod et causam finalem repraesentat (*Hoc totum a me est.* Cic. *de invent. facit a nobis.* id est pro nobis)[.]

5 adverso (1) situ (2) loco (a) , tibi (2) (tibi L 6 cum erg. L 12 motus. (1) ab (2) usque L
22 Auxilians (1) (a se ope (2) (opem L 23 Cic. de invent. erg. L

1f. *Extra ... jurisdict.*: Dig. 2, 1 l. 20. 4 *Brundisium versus*: vgl. CICERO, *Epistolarum ad familiares libri XVI*, XI, 27, 3. 6f. Ulpian. ... *porrigi*: Dig. 17, 2 l. 52, § 9. 12 *usque ... atavo*: TERENTIUS, *Phormio*, II, 3, 47 (395). 12f. *Pudica a me*: vgl. PLAUTUS, *Curculio*, I, 1, 51 (51). 14f. *neque ... auro*: LUCRETIUS, *De rerum natura libri VI*, II, 51. 15 *ab ... inibo*: vgl. TERENTIUS, *Eunuchus*, III, 5, 9 (557). 20f. *tantum ... est*: vgl. TERENTIUS, *Heautontimorumenos*, I, 1, 21 (75). 21 *me ... scribere*: vgl. CICERO, *Epistolae ad Ciceronem servatae cum Ciceronis Epistolis ad Atticum*, Balbus an Cicero, IX, 7b 3. 22 *imparatus a pecunia*: vgl. CICERO, *Epistolae ad Atticum*, VII, 15, 3. 23 *Hoc ... est*: vgl. CICERO, *De oratore*, I, 55. 23 *facit a nobis*: vgl. CICERO, *De inventione*, I, 48, 90.

[ad p. 268–270] Principium operationis diversum est a principio simpliciter. Est autem principium ejus quod ultimum in consultatione repertum est. Propositum solvendi habeo. Delibero quomodo id fieri possit. Invenio alium mihi debere et ab hoc solutionem fieri posse. Titius solvens erit principium operationis, quia erat ultimum in deliberatione (Hinc illud apud jurisconsultos legare ab haerede vel ab alio. Cic. *Top. legare a filio*)[.] Est et aliud principium unde quid habemus vel sumimus. Cic. *de divinat. liberi effingunt a parentibus et mores et formam. Otium a senibus ut habeam. Ab aliquo possidere*. Est et principium, unde quid incipit, esse tale, tantum moveri localiter, distare (*A jugulis depellere*). Persona pro loco unde motus incipit (*ab se egreditur foras*)[.] Principium unde est distantia (*positis castris a millibus passuum quindecim auxilia Germanorum expectare constituit*. Caes.)[.] Principium unde quid incipit operari. [(*Bacillus leviter a summo inflexus, ab Jove principium Musarum. A vertice pulcher ad [imos]*.)] Principium est et terminus a quo transitur ad contrarium (*ingenium hominum a labore proclive ad libidinem*)[.] Tale est et a quo abhorremus et a quo tuemur: *a frigore defendere*. Est et principium a quo fit progressus minuendo illud (*ab re consulit*, Plaut. *Trinum.* id est ut res minuatur. in *Captiv. ne quid ab re faciam*. Id. *Asinaria*)[.] *Haud ab re aucupis*)[.] Principium quoque est a quo quid incipit in numero et tempore (Cic. *Orat. Qui annus ei primus ab honorum perfunctione fuit*)[.]

[ad p. 270] Eadem habent locum circa principia cognoscendi (Cic. *de LL. Natura juris ab hominis petenda est natura*). Est et principium quod dicit quatenus quid praedicatur (*otiosus ab animo* Ter. *Phorm. Bis perit amator ab re atque animo simul*. Plaut. *Truc.*)[.] Principium quaerendi (Cic. lib. 2. *de or. ab ostio quaerere aliquem*)[.] *Esse a pedibus a studiis a rationibus. a voluptatibus*. Ubi significat praepositio, unde quis gerat officium.

[ad p. 270] Praepositio *De* primum convenit cum *E* et *Ex*. *Ex tot generibus nullum animal est praeter hominem quod habeat aliquam notitiam Dei*)[.] *de ipsis hominibus nulla gens est*

12 tales *L* ändert Hrsg. 23f. *Ex (I)* animalibus nullum praeter hominem (2) *tot ... Dei L*
24 *nulla* | non versehentlich nicht gestr. | *gens L*

5 *legare a filio*: vgl. CICERO, *Topica*, 21. 6f. *liberi ... formam*: vgl. CICERO, *De divinatione*, II, 45, 94. 7 *Otium ... habeam*: TERENCE, *Phormio*, V, 5, 4 (831). 8 *A jugulis depellere*: vgl. CICERO, *Orationes Philippicae*, 14, 25. 9 *ab ... foras*: vgl. PLAUTUS, *Truculentus*, IV, 3, 78 (852).
9f. *positis ... constituit*: vgl. CAESAR, *Bellum Gallicum*, VI, 7, 3. 11 *Bacillus ... inflexus*: vgl. CICERO, *De divinatione*, I, 30. 11 *ab ... Musarum*: vgl. CICERO, *De divinatione*, I, 17. 11f. *A ... [imos]*: HORAZ, *Epistolae*, II, 2, 4. 12f. *ingenium ... libidinem*: vgl. TERENCE, *Andria*, I, 1, 50 f. (77 f.).
13f. *a frigore defendere*: vgl. VERGIL, *Eclogae sive Bucolicae*, 7, 6. 14f. *ab re consulit*: PLAUTUS, *Trinummus*, II, 1, 13 (238a). 15 *ne ... faciam*: vgl. PLAUTUS, *Captivi*, II, 2, 88 (338). 15f. *Haud ... aucupis*: vgl. PLAUTUS, *Asinaria*, I, 3, 71 (224). 16f. *Qui ... fuit*: vgl. CICERO, *De oratore*, III, 7.
18f. *Natura ... natura*: vgl. CICERO, *De legibus*, I, 17. 19f. *otiosus ab animo*: vgl. TERENCE, *Phormio*, III, 1, 26 (340). 20 *Bis ... simul*: vgl. PLAUTUS, *Truculentus*, I, 1, 26 (47). 21 *ab ... aliquem*: vgl. CICERO, *De oratore*, II, 276. 23–S. 172030.1 *Ex ... Deum*: vgl. CICERO, *De legibus*, I, 24.

quae non habendum sciat esse Deum, Cic. *de LL. De Davo audiui* (pro *ex Davo*), *de die* id est subito[,] Ter. *Adelph.* a. 5. sc. 9. ut ibi explicat Donatus. Similiter *ex tempore* id est subito. *De domo*, et *ex domo*.

[ad p. 271 sq.] Convenit et cum praepositione *secundum*, *de tua sententia* (etiam *ex tua* 5 *sententia*).

Item significat *propter*. *Ecquid nos amas de fidicina*, id est propter eam[,] Ter. *Eun.* a. 3. sc. 2. Pro *A* vel *ab*. *de Pompeio quaesivit* id est a Pompeio[,] Cic. *ad Attic.* Proprie *DE* significat relatio ad locum superiorem, unde fit motus. *de coelo*. Hinc metaphorice *de manibus amittere praedam*. Significat et materiam subjectam, de qua agitur. *Regulus de captivis* 10 *commutandis Romam missus* Cic. *de offic.* Item relationem ad totum quatenus materiam praebet singulis partibus[,] *obsonat de meo. de humanis operibus longe maximum* Cic. *de Orat. de nocte. de die potare* componit quasi adverbium. *de tempore* id est tempestive[,] Hirtius *de B. Hispan. de industria, de more. de nihilo, de praefacili. de procul. desubito desuper*[,]

15 [ad p. 272] *Ex*. Hujus omnes significationes fere tendunt ad ortum initium causamque rei exprimentam. Materia, (ut *ex aere*).

[ad p. 273 sq.] Primum quod movet[:] *ex convicio pugna*[,] *ex emto vendito. Ex animo.* [(I)Ulpianus l. 1. §. *ex incendiis* 2. *de incend. ruin. naufrag.*) *Ex* significat *secundum*, ut *ex praescripto*. Nam causa proxima, est non tantum propter quod sed et secundum quod res est. 20 Principia cognoscendi (*Ex se intelligi*). *Ex toto partes (unus ex intimis)*. *Ex parte totum (ex*

4 praepositione *ergo*. L 15 fere (I) eo (2) tendunt (a) ut significant (b) ad L 16 *aere*). (I) Ex c (2) Primum L

1 f. *De* ... Donatus: vgl. AELIUS DONATUS, *Commentum Terentii*, zu TERENTIUS, *Andria*, II, 1, 2 (302) u. *Adelphoi*, V, 9, 8 (965). 6f. *Ecquid* ... *fidicina*: vgl. TERENTIUS, *Eunuchus*, III, 2, 3 (456). 7 *de Pompeio quaesivit*: CICERO, *Epistolae ad Atticum*, I, 14, 2. 8f. *de* ... *praedam*: vgl. CICERO, *In C. Verrem orationes sex*, actio secunda, IV, 44. 9f. *Regulus* ... *missus*: vgl. CICERO, *De officiis libri tres*, I, 13, 39. 11 *obsonat de meo*: AELIUS DONATUS, *Commentum Terentii*, zu TERENTIUS, *Adelphoi*, I, 2, 38 (117). 11 *de* ... *maximum*: CICERO, *De oratore*, II, 72. 12 *de nocte*: CICERO, *Epistolae ad Quintum fratrem*, II, 14, 2. 12 *de die potare*: PLAUTUS, *Asinaria*, IV, 2, 16 f. (825 f.). 12f. *de tempore* ... *Hispan.*: vgl. *De bello Hispaniensi*, 33. Früher galt Aulus Hirtius als Autor dieses letzten Teils des Corpus Caesarianum. 16 *ex aere*: bei Felden Bezugnahme auf VERGIL, *Aeneis*, VIII, 621. 17 *ex convicio pugna*: vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, V, 24, 1023a31–32. 17 *ex emto vendito*: vgl. CICERO, *De natura deorum*, III, 74. 17 *Ex animo*: bei Felden Bezugnahme auf TERENTIUS, *Heautontimorumenos*, V, 2, 5 (959). 18 Ulpianus ... *naufrag.*: Dig. 47, 9 l. 1, § 2. 18f. *ex praescripto*: vgl. L. A. SENECA, *Ad Lucilium epistolarum moralium quae supersunt libri*, XIX, 4, 113. 20 *unus ex intimis*: vgl. CICERO, *Epistolarum ad familiares libri XVI, XIII*, 27, 2.

literis syllabae). Ex totorum parte (*liberi ex patre et matre*)[,] Post (*diem ex die expectare*[,] *Ex illo tempore*)[,] Locus (*ex occulto*)[,] Saepissime cum aliis facit adverbium ut *ex tempore*. *Extemplo*. *Ex aperto* etc[.]

[ad p. 274] *Cum* denotat concomitantiam Conjunctionem communionem, (*cum sacco Paul. quod dicimus* 105[,] *de solut.*)

5

[ad p. 275] *Absque* opposita *cum*.

Clam nobis non tam adverbium est quam duo ablativi consequentiam designantes vel adverbialiter cum accusativo, ut Plautus *clam meam uxorem*. Reperitur et *clam mihi*, nam *clam* significat aliquid perpressum cum relatione ad personam.

Coram relationem notat consistentem in praesentia. Videtur ejus eadem esse natura quae vocis *clam*, cui opponitur.

[ad p. 276 sq.] *Pro* in commutationibus. Item opponitur ipsi *contra*[,] Item speciem externam [significat]. Titulum apud Jurisconsultos *pro haerede*[,] *pro emtore*. *pro sano loqueris*, id est ut sanus solet, *pro tempore* id est secundum tempus. Item *ante*, ut *pro tribunali*. *Pro castris*. Loco vel in locum alterius. Cato *mihi est pro centum millibus*.

15

[ad p. 277] *Palam*[,] *palam populo* id est videntibus vel audientibus aliis. Est ergo ejusdem naturae cujus *clam*, *coram*.

[ad p. 278] *Procul* cum accusativo et ablativo. Curtius *procul urbem*. Livius *procul muros*. Cum Ablativo Tacitus *procul caede*. Livius *procul mari*. Sueton. *Claud. c. 3. procul dubio*. Alias *procul a dubio*[,] *procul a novis*[,]

20

[ad p. 278 sq.] *Prae ante*, et *propter*. *Prae se* id est ante se. Quae significatio nativa. Cum vero est cum ablativo, ut *prae lacrymis*[,] magis sapere videtur duos ablativos consequentiam designantes, ut in *clam* et *coram*. Nempe *praevalentibus lacrymis*.

12 Item *erg. L* 13 significat *erg. Hrsg. nach Felden* 16 *palam populo erg. L* 17 naturae (I) ejus (2) cum L 22 vero (I) significat (2) est L

1 *diem ... expectare*: CICERO, *Epistolae ad Atticum*, VII, 26, 3. 1f. *Ex illo tempore*: bei Felden Bezugnahme auf VERGIL, *Eclogae sive Bucolica*, 7, 70. 2 *ex occulto*: vgl. CICERO, *Pro A. Cluentio Habito oratio*, 47. 4f. *cum ... solut.*: Dig. 46, 3 l. 105. 8 *clam meam uxorem*: vgl. PLAUTUS, *Casina*, II, 8, 32 (468). 13f. *pro sano loqueris*: PLAUTUS, *Menaechmi*, II, 2, 24 (298). 15 *mihi ... millibus*: vgl. CICERO, *Epistolae ad Atticum*, II, 5, 1. 16 *palam populo*: LIVIUS, *Ab urbe condita*, VI, 14, 5. 18 *procul urbem*: vgl. CURTIUS RUFUS, *Historiae Alexandri libri qui supersunt*, V, 5, 5, in älteren Ausgaben, in neueren *procul urbe*. 18f. *procul muros*: vgl. LIVIUS, *Ab urbe condita*, XXI, 7, 6, in älteren Ausgaben, sonst *procul muro*. 19 *procul caede*: TACITUS, *Historiarum libri quinque*, III, 32, 1. 19 *procul mari*: LIVIUS, *Ab urbe condita*, XXXVIII, 16, 15. 19f. *procul dubio*: SÜETON, *De vita Caesarum*, vielmehr Nero, 3, 1. 21 *Prae se*: bei Felden Bezugnahme auf CICERO, *Pro Sexto Roscio Amerino oratio*, 135. 22 *prae lacrymis*: CICERO, *Epistolae ad Atticum*, IX, 12, 1.

[ad p. 279] *Sine* significat aliquid oppositum *cum* et *intra*.

Tenus. id est usque ad. Modo cum ablativo modo cum genitivo plurali. *Tauro tenus*. *Cumarum tenus*. *Crurum tenus*.

Praepositiones utrumque casum asciscentes[.]

5 [ad p. 279 sq.] *In*. Jungitur haec praepositio verbis significantibus vel quid tendere ad hoc ut inhaereat loco, vel tendere quippiam ad hoc, ut sit loco receptum vel in loco recipiatur. Item
35 v^o iis verbis quae significant quippiam inhaerere loco vel loco receptum esse. A loco et tempore extenditur metaphorice, ut aliae ad significandum primo terminum quo tendunt motus, adeoque et finem cuius gratia[.] vid[.] l. *cui fuerit* 15. *de Cond. et dem.* l. *qui filium* 4. *ubi pap. educ. vel mor.* l. *uxorem* 41. §. *testamento. 7 de leg.* 3. ubi ponitur ablativus pro accusativo[.]
10 ut post dicemus. l. *solent* 2. §. 1. *de aleator. In pecuniam ludere* id est lucri gratia[.] l. *is qui alienum* 60. *de solut. In solutum dare* id est solvendi gratia. Paulus l. *mutuum* 2. §. *mutui* 1. *de reb. cred. Ire in creditum*. Ulpian. l. *a divo.* 15. §. *si pignora* 3. *de re judic. In creditum possidere*.

15 [ad p. 280 sq.] Conveniunt et *adversus*, *erga contra. in duces vehemens. religio in deos*. Relatio etiam ad objectum cognitionis et potestatis. *in rem aliquam arbiter. in tutelam dare. in disciplinam*. Interpretatur et haec praepositio Constructionem cum genitivo et ablativo. *More pecudum, in morem*.

[ad p. 281] Cum ablativo significat. *In loco. in tempore*[.] Hinc transfertur ad partem
20 alicujus numeri, et aequivalet praepositioni *inter. Habenda in bonis. In deliciis habere*. Generalius quiddam quod comprehenditur vel continetur. *In animis. in manibus. in odio, in ore, in culpa. In motu*[.] *in promptu, in facili*.

[ad p. 281 sq.] Opponitur ei quod extra est. *Extra turbam esse*, id est in tranquillo.

[ad p. 282 sq.] Grammatici putant *in* significare accusativum[.] cum significat motum ad
25 locum. Cum ablativo[.] cum inhaerentiam. Sed Cicero *pro L. Manilia*[.] *portus in praedonum*

12 id est *erg. L* 16 aliquam *erg. L* 23f. tranquillo. (1) Cicero *pro* (2) Grammatici *L* 25 Sed *erg. L*

2 *Tauro tenus*: CICERO, *Pro rege Deiotaro oratio*, 36. 3 *Cumarum tenus*: *Epistolae ad Ciceronem servatae cum Ciceronis Epistolis ad familiares*, VIII, 1, 2. 3 *Crurum tenus*: VERGIL, *Georgica*, IV, 174. 9 l. *cui ... dem.*: Dig. 35, 1 l. 15. 9f. l. *qui ... leg.* 3: Dig. 32, 41 l. 7. 11 l. *solent ... ludere*: Dig. 11, 5 l. 2, § 1. 11f. l. *... solut*: Dig. 46, 3 l. 60. 12f. Paulus *... creditum*: Dig. 12, 1 l. 2, § 1. 13f. Ulpian. *... possidere*: Dig. 42, 1 l. 15, § 3. 15 *in duces vehemens*: CICERO, *Epistolae ad M. Junium Brutum*, II, 5, 5. 15 *religio in deos*: vgl. CICERO, *De legibus*, I, 43. 16 *in ... arbiter*: vgl. CICERO, *Pro Q. Roscio Gallo comoedo oratio*, 12. 16 *in tutelam dare*: vgl. CICERO, *De oratore*, II, 193. 16f. *in disciplinam*: SUETON, *De vita Caesarum*, Nero, 7, 1. 18 *in morem*: SILIUS ITALICUS, *Punica*, XIV, 631 (*in morem pecudum*). 20 *Habenda in bonis*: CICERO, *Cato Major de senectute*, 71. 20 *In deliciis habere*: PLAUTUS, *Asinaria*, V, 2, 35 (885). 25–S. 172033.1 *portus ... fuisse*: vgl. CICERO, *De imperio Cn. Pompei*, 33.

potestatem fuisse. Id. in Verrem[,] nationes quae in amicitiam populi Romani ditionemque essent. Jurisconsulti promiscue utuntur. vid. l. si quis 121. de leg. 1. l. si ita 13. §. ult. fin. de manumiss. test. Ulpianus l. cum hic 32. §. si maritus 5. de donat inter V. et U. l. si stichum 8. de novat. (in moram esse). Paulus l. qui fundum 40 §. cum fundum 4. de contr-Emt. l. stichum 55. de L. Aquil. l. praeteritae 6. de serv. corrupt[.] l. Limenarchae 4 de fugit[.] l. Nesennius 34 5 de negot. gest[.] Martianus l. si quis 29 ad SC. Trebell. in quibus omnibus accusativus pro ablativo. Contra est in sequentibus: Callistratus l. quamvis 13. ut in poss. leg. servand. Julianus l. L. Cornelia. 12. qui testam. fac. poss. (+ in medium relinquere pro in medio +)[.] Gellius lib. 1. c. 7. putat hoc Euphoniae causa fieri.

[ad p. 283] Fiunt saepe cum *in* adverbia *incontinenti*, l. quod ait 23. §. quod ait lex. 4. ad 10 *L. jul. de adulter. l. si ita 135. §. seja. 2. de V. O.* Quemadmodum ex *continenti* l. *juris Gentium 7. §. quin imo 5. de pact.* In praesens, seu in re praesenti⁵ Horat. 2. *carm. od. 16. laesus in praesens animus.* Plaut. *Casinar. in re praesenti.* Sic *inprimis; in totum* id est omnino l. 1. §. *quaeri poterit 1. de suis et legitim. l. actus 77. de R. J. In perpetuum* habet Cicero. Item *in ordine.* Terentius *in tempore.* 15

Sub etiam refertur vel ad locum vel ad tempus. Quoad locum designat habitudinem ad superius[.] Hinc metaphorice relationem ad potestatem et imperium. *Sub poena mortis denuntiare[.]* Sueton. *Calig[.]*

⁵ *Am Rand von Leibniz' Hand: (+ in praesentiarum, crurum tenus. Genitivus pluralis pro ablativo singulari. in praesenti, crure tenus +)* 20

16 etiam *erg. L*

1 f. *nationes ... essent*: vgl. CICERO, vielmehr *In Q. Caecilium Nigrum oratio quae divinatio dicitur*, 20, 66. 2 l. ... *leg. 1*: Dig. 30, 121. 2 f. l. ... *test.*: Dig. 40, 4 l. 13, § 3. 3 Ulpianus ... *U.*: Dig. 24, 1 l. 32, § 5. 3 f. l. ... *esse*: Dig. 46, 2 l. 8 pr. 4 Paulus ... *contr-Emt.*: Dig. 18, 1 l. 40, § 4. 4 f. l. ... *Aquil.*: Dig. 9, 2 l. 55. 5 l. ... *corrupt*: Dig. 11, 3 l. 6. 5 l. ... *fugit*: Dig. 11, 4 l. 4. 5 f. l. ... *gest.*: Dig. 3, 5 l. 33. 6 Martianus ... *Trebell.*: Dig. 36, 1 l. 30. 7 Callistratus ... *servand.*: Dig. 36, 4 l. 13. 7 f. Julianus ... *poss.*: Dig. 28, 1 l. 12. 8 f. Gellius ... *fieri*: vgl. AULUS GELLIUS, *Noctium Atticarum libri XX*, I, 7. 10 f. l. ... *adulter.*: Dig. 48, 5 l. 24, § 4. 11 l. ... *V. O.*: Dig. 45, 1 l. 135, § 2. 11 f. l. ... *pact.*: Dig. 2, 14 l. 7, § 5. 13 *laesus ... animus*: vgl. HORAZ, *Carmina*, II, 16, 25. 13 *in re praesenti*: PLAUTUS, *Casina*, II, 8, 63 (499). 14 l. ... *legitim.*: Dig. 38, 16 l. 1, § 1. 14 l. ... *R. J.*: Dig. 50, 17 l. 77. 14 *In perpetuum*: CICERO, *In L. Sergium Catilinam oratio*, I, 30. 15 *in ordine*: CICERO, *Pro A. Cluentio Habito oratio*, 152. 15 *in tempore*: vgl. AELIUS DONATUS, *Commentum Terentii*, zu TERENTIUS, *Andria*, III, 2, 52 (532). 17 f. *Sub ... denuntiare*: vgl. SÜETON, *De vita Caesarum*, Caligula, 48. 19 *in praesentiarum*: vgl. CATO, *De agricultura*, 144, 4; *Rhetorica ad Herennium*, II, 2, 16 oder TACITUS, *Annales*, IV, 59, 3. 19 *crurum tenus*: VERGIL, *Georgica*, III, 53. 20 *crure tenus*: JUVENAL, *Saturae*, 6, 446.

Etiam ratione loci habet accusativum[,] *sub orientem*[,] *sub muros struxere aciem*.

[ad p. 284] Dicimus *negotium sub manibus succedere*. Plautus tamen *sub manus* in *Milit*. Secundum vulgarem distinctionem dicendum esset *ponere sub arborem*, Virgilius tamen *arma sub adversa posuit radiantia quercu*.

5 Ratione temporis cum ablativo. *Sub exitu vitae* Sueton. *Claud. Sub idem tempus*, Sueton. *Tiber.* c. 58[.] *Sub tempus venditionis* interpretatur Ulpianus l. *aediles* 38. §. *vendendi* 11. *Biduo ante venditionem*. Quod confirmat nonnihil interpretationem Grammaticorum, quod praepositio haec cum ablativo indicet instans et initum tempus, cum accusativo propinquum tempus.

10 [ad p. 284 sq.] *Super* significat relationem ad inferius[,] refertur ad locum tempus numerum. *Super octingentos annos*, id est plusquam[,] praeter. Item *ultra*. Cum ablativo idem quod *de*. *Multa super Priamo rogitans*.

Subter. *Subter mediam regionem sol obtinet*, Cicero *somn. Scip. Densa subter testudine* Virgilius 9. *Aeneid*.

15 [ad p. 285 sq.] Hactenus Historia praepositionum sequitur Aetiologia[.] Diximus praepositiones significare relationem quandam verborum propriam; quae consistit in loco tempore numero. Nam et tempus est numerus (non ideo proprius verborum numerus)[.] Differentiae loci: *supra*, *infra*, *ante post*. *dextrum sinistrum*. *Versus* proprie quoad dextrum et sinistrum, etsi aliis quoque applicetur. Relatio ad locum dicit inhaerentiam ut *in*, vel distantiam eamque vel
20 sine praesentia, non longe tamen, ut *prope*, non longe post tamen, ut *secundum*. vel cum praesentia *ad apud*. *Ad* quamcunque praesentiam magis tamen rei. *Apud* magis personae, cui affinis, *penes*. Praesentiam denotat *juxta* simul denotans proximum ab aliquo. *Coram*, simul significat certum praesentiae modum, ut personae praesenti liceat inspicere. Praesentia est distantia duarum substantiarum sensibilibus quatenus altera in alteram operari possit. Modum
25 praesentiae denotant etiam *ante*, *prae*, *post*, *propter*[.] Contrarium praesentiae *procul*. Distantia comprehendit medium duorum locorum a quorum altero ad alterum motus, hoc comprehendit praepositio *per*.

Usque et *tenus* significant continuationem medii ad terminum ad quem. Medium seu spatium terminis comprehenditur[:] inclusum significat *inter* et *intra*. Exclusum *extra*.

8 ablativo | significet *versehentlich nicht gestr.* | indicet *L*

1 *sub orientem*: FLORUS, *Epitoma de Tito Livio*, I, 99 (olim III, 5, 27). 1 *sub ... aciem*: vgl. TACITUS, *Historiae*, V, 11, 1. 2 *sub manus*: PLAUTUS, *Miles gloriosus*, III, 2, 59 (873). 3f. *arma ... quercu*: VERGIL, *Aeneis*, VIII, 616. 5 *Sub exitu vitae*: SÜETON, *De vita Caesarum*, Claudius, 43. 5 *Sub idem tempus*: SÜETON, *De vita Caesarum*, Tiberius, 58. 6f. *Sub ... venditionem*: DIG. 21, 1 l. 38, § 11. 12 *Multa ... rogitans*: VERGIL, *Aeneis*, I, 750. 13 *Subter ... obtinet*: vgl. CICERO, *De re publica*, VI, 17. 13f. *Densa subter testudine*: vgl. VERGIL, *Aeneis*, IX, 514.

36 r^o

Relationem termini ad quem dicit *Cis, citra*. Quod a termino a quo recedit ad terminum ad quem. *Ultra Trans* terminum ad quem excedit. *Praeter* est ex *ultra* et *ante* mixtum[.] Termini a quo et ad quem se respicientes exprimuntur per praepositiones *Contra* et *adversus*. Et quando sunt vicini, ut inde oriatur praesentia, contingit *adversus* idem significare quod *ad apud*: praepositio *ob* denotat tendentiam τοῦ *contra* ad alterum oppositum (9);] ipsi *contra* opponitur *pro*. 5

[ad p. 287] Porro motus localis fit vel secundum lineam rectam in contrarium punctum, vel secundum lineam circularem, aut talem, quae in seipsam redit. Unde intellectus conferendo quae in oratione sunt, eodem modo ferri censetur. Hinc si secundum lineam rectam quasi progreditur, significandae contemplationi inserviunt hae praepositiones: *contra*[.] *adversus*, *ob*, 10 *pro*. At meditatio quasi circularis utitur his: *Circa Circum*. Videtur autem *Circa* partes Circumferentiae significare[.] *Circum* vero integram Circumferentiam.

[ad p. 287 sq.] Principium unde motus localis, significatur per praepositiones *a, ab, abs*. Si quod movetur intra locum haereat potius per praepositiones *e, ex*. Si loco superiori insistens inde moveatur per *de*. Differentia eorum quae moventur localiter petitur et ex concomitantibus, 15 conjunctisque, quae significantur praepositione *cum*, cui opponitur *sine, absque*. Haec si temporari analogia quadam accommodentur, par est ratio fere in numeris[.] Proxime accedunt, *Circa Circiter*. Proxime praecedunt *ante*[.] *prope, cis, sub*. Sequi *post*. Continue sequi *de, e, ex*. Excedere *ultra*, comprehendere, *inter, per, intra*. Extra spatium esse, *citra*. Momentum seu praesens significat *in*. Similiter metaphorice istae praepositiones caeteris operationibus ana- 20 logia motus localis, accommodantur[.]

Suum autem casum praepositio nominibus et verbis conjungit.

[ad p. 289 sq.] De Constructione Conjunctionum et officio quod praestant in orationibus

Ex pluribus propositionibus fit una oratio συνδεσμῶ. Cui rei inserviunt conjunctiones et pronomina, quorum vim et constructionem restat[.] ut] explicemus, et primum de CONJUNC- 25 TIONIBUS: Grammatici eas faciunt [12] specierum[:] Copulativas, Disjunctivas, Electivas, Adversativas, Concessivas seu Approbativas, Conditionales, Exceptivas, Explanativas, Causales, Conclusivas seu ratiocinativas, Continuativas, quae et ordinis vocantur, Expletivas.

[ad p. 290] COPULATIVAE simpliciter copulant praecisa ratione causalitatis illationis, similitudinis. Et sunt hae. *Et. Petrus et Paulus*. Interdum distribuit dum copulat. *Et prodesse volunt 30 et delectare poetae*. Id est partim prodesse partim delectare. Quandoque una collective. Plaut. *Amphitr.* a. 2. sc. 2. *Oportet praegnantem et malum et malum dari*. Id est duo mala collective

4 inde (1) contingat |(2) oriatur *ers.* |L 20f. caeteris (1) rebus similit (2) operationibus (a) similitudine |(b) analogia *ers.* |L 24 oratio (1) copul (2) συνδεσμῶ (a), quod (b). Cui L 25 quorum (1) syntaxin (2) vim L 26 10 L ändert Hrsg. nach Felden

30f. *Et ... poetae*: HORAZ, *De arte poetica*, 333. 32 *Oportet ... dari*: vgl. PLAUTUS, *Amphytrio*, II, 2, 91 (723).

sumta[.] Interdum toties repetitur ut expletivae vim habere videatur. Horat. lib. 1. *epist.* 7. *Et prop[er]are loco, et cessare, et quaerere, et uti Gaudentem, paucisque sodalibus et lare certo, Et ludis[.]*

[ad p. 291] Ut *Et.* ita et *Ac. Atque.* Interdum ea significant *velut. Idem ac fuit. Perinde*
5 *ac; aliter, ac.*

[ad p. 292] *Que* imitatur *Et. Etiam. Quoque* ad *etiam* ut *que* ad *et.*

[ad p. 293] *Cum. Tum. Cum* minus, *tum* gravius quiddam[.]

Item itemque.

Adeo. atque adeo. Nec neque, neu, neve.

10 [ad p. 294] DISJUNCTIVAE *aut.* Cum sola ponitur magis copulat quam disjungit, *Molirive moram aut veniendi discere causas.* Cum disjungit conjungi solet cum *vero, etiam.*

Vel. Etiam saepe copulat. *Multorum vel honori vel periculo servire* Cicero. *Ve bis terve[.]*

Sed non regulante, sed accidenti est disjunctiva. *Non digito uno redundat, sed capite collo.*

Seu sive, Alio sensu, *sive,* id est vel si. Terent. *Dehinc postulo, vel si aequum est te oro Dave.*

15 ELECTIVAE *quam, ac, atque. Libentius quam verius* vix differt ab eo *quam* quod est adverbium comparationis.

[ad p. 295 sq.] CONJUNCTIONES ADVERSATIVAE. *At, sed, atqui[.] Autem, vero, verum[.] verum enimvero[.] tamen, veruntamen[.] Imo,* quod quasi corrigit[.]

Autem potius discretiva videtur quam adversativa. Adhibetur et cum particula *porro,* ad
20 conjungendas diversas periodos. *Porro autem pater ne rure redierit* Ter. *Eun.* a. 3. sc. 5. 61.

Vero. Verum[.] Verum enimvero.

Tamen post *Etsi, Etiamsi[.] quamvis, quanquam, licet, ut[.]*

Veruntamen, etiam post *quanquam. Imo[.] habeo, imo habui* est correctiva.

Nedum. Subjungit adversam partem cum extenuatione quadam, et ita adhibetur in argu-
25 mentatione dialectica, a magis probabili ad minus probabile.

15 *verius* (1) est (2) vix L 23 correctiva. (1) *Neque* (2) *Nedum* L

1–3 *Et ... ludis:* vgl. HORAZ, *Epistolae*, I, 7, 55–57, dort »parvisque sodalibus«. 4 *Idem ac fuit:* TERENTIUS, *Heautontimorumenos*, II, 2, 24 (265). 9 *atque adeo:* bei Felden Bezugnahme auf TERENTIUS, *Andria*, V, 5 (977). 10f. *Molirive ... causas:* vgl. VERGIL, *Aeneis*, I, 414. 12 *Multorum ... servire:* vgl. CICERO, *Brutus*, 242. 13 *Non ... collo:* vgl. CICERO, *De natura deorum*, I, 99. 14 *Dehinc ... Dave:* TERENTIUS, *Andria*, I, 2, 17 (190). 15 *Libentius quam verius:* vgl. CICERO, *Pro T. Annio Milone oratio*, 78. 20 *Porro ... redierit:* TERENTIUS, *Eunuchus*, III, 5 (611). 23 *Veruntamen ... quanquam:* bei Felden Bezugnahme auf TERENTIUS, *Eunuchus*, I, 2, 93 f. (172–174). 23 *habeo, imo habui:* TERENTIUS, *Heautontimorumenos*, I, 1, 43 (94).

[ad p. 296 sq.] CONCESSIVAE praecedunt adversativas, non tamen semper expresse. *Etsi tametsi, etiamsi, quamvis quanquam, licet, ut, quidem*[.] Non semper sequitur adversativa expresse. *Tota licet veteres exornent undique cerae. Atria; nobilitas sola est atque unica virtus*[.]

[ad p. 297–299] CONDITIONALES, *si, quodsi, sin (sin minus)*[,] *ni, nisi, siquidem* (quae 5 habet et vim causalis) *Modo, si modo, dummodo, dum. (Modo ut tacere possis. Modo possis)*[.] Dubitandum an non Exceptivis potius enumeranda. Annumerant et conditionalibus *quatenus quoad*. *Quatenus*, dum restringit adverbium est, quia restrictivae particulae omnium consensu praedicati pars. Adde Arist. 1. *prior*. 36. Logici tradunt esse reduplicativam et distingui in restrictivam et specificativam. Illa *homo quatenus homo ratiocinatur*, haec *Aethiops quatenus 10 dentes habet, albus est*. *Quatenus* et causalis, *quatenus sibi matrimonia male cederent permansurum se in coelibatu* (id est quia). *Quoad* est restrictiva adde l. 1. princip. *de periculo et commodo rei venditae*[.] Ergo speciebus Conjunctionum a Grammaticis enumeratis addendae reduplicativae logicorum seu restrictivae. *Alioqui, alias, caeteroquin* etiam proprie non conditionales. *Alioquin* est si ponas rem se aliter habere. 15

36 v^o

[ad p. 299 sq.] EXCEPTIVAE sunt *si, nisi, praeterquam, extraquam*. Exceptio ipsa est conditio quaedam, Paulus l. *exceptio* 22. add[e] l. *apud Celsum* 4. §. *Labeo etsi* 15. *de dol. mal. except.* *Praeterquam te rogo*, id est praeter quam te rogo. *Extraquam* Ulpianus l. 1. §. *Labeo scribit* 16 *de flumin.* NB.⁶

[ad p. 300–302] EXPLANATIVAE, explanandae prioris vocis vel orationis gratia adhibitae. 20 *sive. seu. vel veluti. scilicet, Videlicet, Nempe*[,] *nimirum, quippe. Et. que. ut, utpote, puta, utputa. Utpote et quippe* videntur potius causales. *Utpote* Ulpianus l. *Julianus* 13. §. ult. *de act. Emt.* CAUSALES sunt Grammaticis causales proprie dictae, continuativae, adjunctivae.

[ad p. 302] CAUSALES PROPRIAS vocant, quae reddunt Causas ejus quod in oratione praecedit, ut *Nam, namque, Enim, Etenim, ideo propterea*[.] *Quum* vel *Cum. Idcirco. Adhoc.* 25 CONTINUATIVAS recensent *quia, quoniam, quando, quandoquidem, postquam, si,* (+ his

⁶ *Am Rand von Leibniz' Hand ein weiteres NB.*

9 Adde *erg. L* 10 et (1) correctivam (2) specificativam *L* 12 restrictiva (1) vid (2) adde *L* 13 a | logicis e *gestr.* | Grammaticis *L* 23 Grammaticis *erg. L* 25 *propterea*[.] (1) quam (2) *Quum L*

3f. *Tota ... virtus*: JUVENAL, *Saturae*, 8, 19 f. 6 *Modo ... possis*: TERENCE, *Phormio*, I, 2, 9 (58). 9 Arist. *prior*. 36: vgl. ARISTOTELES, *Analytica priora*, cap. 36, 48a40–b5. 11f. *quatenus ... coelibatu*: SUTTON, *De vita Caesarum*, Claudius, 26, 2. 12f. *de ... venditae*: Dig. 18, 6 l. 1 pr. 17 Paulus ... 22.: Dig. 44, 1 l. 22 pr. 17f. l. ... *except.*: Dig. 44, 4 l. 4, § 15. 18 *Praeterquam te rogo*: vgl. TERENCE, *Andria*, IV, 5, 14 (753). 18f. Ulpianus ... *flumin.*: Dig. 43, 12 l. 1, § 16. 22f. Ulpianus ... *Emt.*: Dig. 19, 1 l. 13, § 31.

omnibus praeponi potest *adhuc, nam*; ut *nam quia nec fato merita nec morte peribat.* +) Hinc videntur vocare continuativas, quae significare solent Causam efficientem et materiam. Hae enim praeexistunt tempore et sequitur effectus continuatione quadam.

[ad p. 303] Adjunctivas definiunt, quae verbis subiectivis additae qualemunque causam superiori verbo adjiciunt, nempe: *Ut, ne, quo, quominus. Quin.* Unde per adjunctivas patet eos intelligere eas quae significant causam finalem. Causalibus proprie dictis videntur adhuc annumerare velle: *propterea, cum.* Quibus significatur iterum causa efficiens, *propterea quod*, (causa efficiens sui mali, propterea quod hoc fecit). *Cum (magnus vir habendus est Numa, cum illam sapientiam constituendae civitatis duobus prope seculis ante cognovit quam*
10 *eam graeci natam esse senserunt, Cic. de orat.)*].

[ad p. 304] *Quia quoniam* pertinet ad eam causam quam Aristoteles vocat τὸ ἔξ ἀνάγκης. Hinc convenit cum *postquam*.

[ad p. 304] *Ut*[,] *ne. Quo.* Causa finalis.

[ad p. 305] CONCLUSIVAE VEL ILLATIVAE Conjunctiones: *Ideo. Idcirco. igitur. Ergo. quapropter, quamobrem*[,] *quare, itaque. quocirca. Utique* (quod non est arbor, utique platanus non est, Quintil. lib. 5. c. 10.)] (+ hoc videtur idem esse quod *certe* +)

[ad p. 305–307] CONJUNCTIONES ORDINIS SEU ORDINATIVAE quae membra orationis ordine quodam connectunt. Hanc praeparationem ad sequentia significat particula *postquam*[,] Hinc est et causalis, nam causa praebet principium[,] Usurpatur et in medio orationis, si
20 praecedat. *sed, vero*[,] adde de hac voce Jabolenum l. *inter illam* 217 de V. S.

Ut idem quod *postquam*; *ut abii abs te.*

Deinde deinceps potius adverb.

Praeterea. Insuper[,] *Postea. Tum.* (Cui jungi solet *autem vero igitur, demum.*) *Item. Porro*[,] *Caeterum.*

[ad p. 307] EXPLETIVAE VEL COMPLETIVAE ornatus gratia, talia saepe *nam, ergo, quidem, equidem, sane*; Etiam: *Et*[,] *Que. At*[,] *Vero. Porro.*

[ad p. 308–310] Ex hac Historia conjunctionum sequitur haec AETIOLOGIA circa species, et constructionem: Oratio συνθέσει una est vel definitio, vel propositio. Descriptionis

1 *peribat.* (1) ita ut (2) +) L 3 et ... quadam *erg.* L 5 nempe: (1) *ne* (2) *Ut* L 6 intelligere (1) eos qui (2) eas quae L 10 *orat.*)]. (1) *Utne* significat finalem (2) *Quia* L 18 connectunt. (1) Haec praeparatio (2) Hanc praeparationem L 28 constructionem: (1) Oratio est vel definitio vel propositio vel syn (2) Oratio L

1 *nam* ... *peribat.* VERGIL, *Aeneis*, IV, 696. 8–10 *magnus* ... *senserunt*: vgl. CICERO, *De oratore*, II, 154. 11f. *causam* ... ἀνάγκης: vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, V, 5, 1015b6–11. 15f. *quod* ... *est*: vgl. QUINTILIAN, *Institutionis oratoriae libri XII*, V, 10, 56. 20 *Jabolenum* ... V. S.: Dig. 50, 16 l. 217. 21 *ut abii abs te*: TERENTIUS, *Phormio*, IV, 3, 11 (617).

una pars genus altera differentia. De oratione quae est definitio, vel descriptio, dico, quod vel unum genus habet duas differentias, vel una differentia duo quasi genera. (Voco quasi genus, omne commune quod per proprium aliquot velut differentiam quandam vel specificam vel accidentalem determinatur.) Ex duabus igitur hujusmodi descriptionibus fit una συνδέσµω, et quidem conjunctione copulativa. Propositiones autem duae vel sine habitudine ad invicem copulantur, vel cum habitudine. Sine habitudine, unum subjectum et diversa praedicata, vel diversa subjecta et unum praedicatum, vel et diversa subjecta et diversa praedicata.

In his omnibus locum habent CONJUNCTIONES COPULATIVAE. *Nox et amor, vinumque nihil moderabile suadent.* Sunt revera tres propositiones ex quibus fit una, et subjicitur praedicatum commune plurali numero[.] Sic plura praedicata[.] *quanquam animus meminisse horret luctuque refugit[.]* Junguntur et per copulativas propositiones ex diversis praedicatis et subjectis [()] ut: *Cum multae res in philosophia nequaquam satis adhuc explicatae, tum perdifficilis est locus.* de natura Deorum Cic.). Tres differentiae, *Tua mea reipublicae uni generi interest,* adduntur. Quomodo autem in his compositionibus genera et alia observentur tradunt Grammatici.

[ad p. 311 sq.] Haec de copulatione propositionum habitudines non habentium. Sequuntur habentes; quae habitudines aliae insunt intellectui speculativo et practico; aliae practico tantum. In omni propositione praedicatum de subjecto dicitur vel simpliciter, vel cum quadam restrictione[.] Cum restrictione, ut *Titius, quatenus fidelis, carus est principi.* Quamvis autem in hoc exemplo videantur copulari duae propositiones *Titius est fidelis, Titius est carus principi;* magis tamen τὸ *quatenus fidelis principi,* adverbii munere fungitur quia afficit praedicatum. Minus recte annumeratur Conjunctionibus Conditionalibus, inest enim praedicatum subjecto vel secundum genus ejusdem, vel secundum speciem vel secundum aliquid aliud. Nemo autem vocabit has conditionales *homo quatenus animal sentit:* neque enim sensus est, si animal est sentit. Omnis porro propositio est de subjecto vel universali vel singulari. Et universalis de qua solliciti philosophi, est vel necessaria, vel contingens ut plurimum. Prioris generis propositiones nullas admittunt exceptiones sed posteriores ut *omnis numerata pecunia certi conditione repeti potest nisi quae filio familias creditu est.* Consistit in duabus propositionibus: *omnis pecunia numerata repeti potest[;] pecunia filio familias numerata repeti nequit.* Sed hae duae propositiones non per nudam copulam *Et, que,* vel similem junguntur, sed inter eas habitudo est certa, quatenus propositio excipiens sumit sub subjecto alterius

1 altera (1) species (2) differentia L 13 Cic. erg. L 13 reipublicae (1) ad (2) ut (3) uni L
14 et alia erg. L 21 principi; (1) copulativa (2) magis L 29 repeti (1) nequit | (2) potest ers. | L

8f. *Nox ... suadent:* OVID, *Amores*, I, 6, 59. 10f. *quanquam ... refugit:* VERGIL, *Aeneis* II, 12.
12f. *Cum ... locus:* vgl. CICERO, *De natura deorum*, I, 1.

comprehensum, de quo alterius praedicatum non dicitur; licet sit universaliter concepta. Et in hunc finem fit copula per exceptivas, ut fiat una oratio.

[ad p. 313] Possunt autem porro propositiones ad invicem referri, quatenus alterius veritas vel falsitas, ex alterius veritate vel falsitate pendet, aut cognoscitur, deinde quatenus altera per alteram intelligitur, tertio quatenus inter eas intellectus facit ordinem, quarto quatenus inter eas est similitudo. Quoad primam habitudinem, nonnullae ita comparatae sunt, ut dividant verum [et] falsum, id est ut altera vera posita necesse sit alteram esse falsam et contra. Id quod contingit inter eas quas logici contradictorias vocant. Quaedam simul stare in vero non possunt, quaedam tali in habitudine sunt, ut ex veritate unius sequatur veritas alterius. Hinc species conjunctionum disjunctivarum, concessivarum, adversativarum. Item conditionalium, causalium, et conclusivarum.

[ad p. 313 sq.] Disjunctivae adhibentur ad significandam habitudinem Contradictoriarum. Concessivarum et adversativarum haec est natura, ut licet altera primo fronte videatur cum altera consistere non posse,⁷ concessa tamen altera nihilominus altera ponatur. De his Grammaticorum regula: Concessivis quando in oratione priorem locum retinent, reddi solent adversativae

concessiva adversativa

(*ut desint vires tamen est laudanda voluntas.*)

Sed quando posteriori loco ponantur concessivae, sine redditione connectuntur. (*Ei credi postea, etiamsi per plures deos juret, non oportet*). Concessivae quae ponunt aliquid esse, sunt *Etsi, tametsi, etiamsi quanquam*, sub initium sententiae. Hae vero, *licet, ut*, non ut certum ponunt. *Quamvis*, ad utrumque apta. Hinc regula Grammaticorum. *Etsi, tametsi, etiamsi quanquam* sub initium sententiae magis indicativos postulant[,] in medio vero aut fine tam indicativos quam conjunctivos recipiunt; Hae: *licet, ut* regulariter Conjunctivum.

[ad p. 315] Propositiones in habitudine ratione veritatis ad invicem consideratae sunt hae. Primo, quarum una conditionem [continet], altera conditionem positam sequitur[.] Secundo quarum una est in syllogismo inferente conclusionem, altera est conclusio. Hinc oriuntur

⁷ *Am Rand ein gestrichenes ¶*

2 exceptivas, (1) inde |(2) ut *ers.* |L 4f. quatenus (1) inter eas intellectus facit ordinem, tertio (2) altera ... intelligitur (a) hinc quatenus (b) tertio ... quarto L 6 habitudinem, (1) sunt contradictoriae ita (2) nonnullae ita L 7 et *erg. Hrsg. nach Felden* 13 altera (1) videbitur |nil *erg. u. gestr.* |(2) primo fronte videatur L 21 *quanquam*, (1) si pon (2) sub L 26 continet *erg. Hrsg. nach Felden*

18 *ut ... voluntas*: OVID, *Epistolae ex Ponto*, III, 4, 79. 19f. *Ei ... oportet*: CICERO, *Pro C. Rabirio Postumo oratio*, 36.

Conditionales, Causales et Conclusivae. Conditionales modo indicativum modo conjunctivum asciscunt, prout sententia finita vel certa, vel infinita seu potentialis significatur. *Si id facis postremum me vides. Si acum credo quaereres, acum invenisses.*

[ad p. 315 sq.] Conjunctio causalis, et qu[a]e similem vim habent, *Ne, quo, quin, quominus*, conjunctivum asciscunt[.] Causa finalis enim est posita in meditatione intellectus. Ad propositiones autem repraesentandas quae in meditatione intellectus consistunt, nec ponunt aliquid in re, conjunctivum requiri supra diximus.

[ad p. 316 sq.] Nota: in causalibus, *ut ne* causam finalem designantibus, hoc obtinere, ut si praesens vel futurum praecedat conjunctivus praesentis temporis sequatur; si praeteritum aliquod, sequatur imperfectum conjunctivi, ut *Rogo, rogabo, ut facias. Jubebam, jussi, juseram, ut faceres*; nisi cum res adhuc geri intelligitur. *Jussit hera ad se ut venias*. Interdum sequitur praeteritum, *Deum precor ut hic dies feliciter illuxerit*. Post verba timendi. *Ut* significat negativa, *ne* affirmative. Duae causae videntur reddi posse; una ex definitione verborum metuendi. *Vereor* id est metu ductus valde in id cogitatione incumbo, ut fiat, id quod spero, ne fiat id quod timeo. Hinc cum infinitivo et accusativo, manet communis loquendi ratio. *Vereor facturum esse*, id est vereor ne faciat. *Vereor non facturum esse*, id est vereor ut faciat. Nam *video facturum esse* significat *metuo facturum esse*, et *video mihi ne faciat*[.] *Vereor non facturum esse*[,] id est *metuo non facturum esse*, et hoc metu percussus *video mihi ut faciat*. Pro hac sententia faciuntur quae habentur apud Horat. lib. 2. *od. 2* et *od. 8. vers. Te suis*. Altera causa videtur peti posse ex Plauti *Captivo* a. 1. sc. 1. 23. *Quod mihi ne eveniat nonnullum periculum est*. Est vero periculum res cum malo imminente conjuncta, quemadmodum negotium res cum labore conjuncta. Unde ut facessere negotium, ita et facessere periculum dicimus. Sic ergo Plautinum hoc interpretamur, *quod mihi ne eveniat*[,] est quaedam res cum aliquo imminente malo conjuncta, faciens ut eveniat; si ergo *vereri timere, metuere*, idem est quod periculum concipere seu imaginari, manifesta est ratio constructionis[.]

[ad p. 317] *Cave dixeris* causalis omittitur. *Tantum abest ut hoc sit verum*, ut contra. *Adhortor te, tantum abest ut sim impedimento. Tantum abest ab officio, ut nihil magis possit esse officio contrarium. Qui pro quo*. Terentius *Andr. prolog.*

4 habent, (1) ut ne (2) *Ne* L 12 praeteritum, (1) *faxit Deus* (2) *Deum* L 12f. *Ut* (1) sumitur (2) significat L 14 *Vereor* (1) ut fiat (2) id L 14 valde (1) ⟨a⟩ (2) prospicio (3) in L 24 eveniat; (1) quemadmodum et negotium dicitur res cum labore conjuncta (2) si L 25 constructionis (1) Tali (2) *Cave* L

2f. *Si ... vides*: TERENTIUS, *Andria*, II, 1, 23 (321). 3 *Si ... invenisses*: PLAUTUS, *Menaechmi*, II, 2, 13 f. (238 f.). 11 *Jussit ... venias*: vgl. TERENTIUS, *Andria*, IV, 2, 4 (687). 19f. *Te suis*: vgl. HORAZ, *Carmina*, II, 8, 21. 20f. *Quod ... est*: PLAUTUS, *Captivi*, I, 1, 23 (91). 27 *Adhortor ... impedimento*: vgl. LIVIUS, *Ab urbe condita*, VI, 15, 5. 27f. *Tantum ... contrarium*: CICERO, *De officiis libri tres*, I, 14, 43. 28 Terentius ... prolog.: vgl. TERENTIUS, *Andria*, prol. 6 (6).

[ad p. 318] *Ut* etiam conjunctivum regit, quando res non in intellectu consistit, sed re vera facta est, quod videtur regulae obstare. Exempli gratia: Tacit. 1. ann. 56. *Sed Cattis adeo improvisus advenit, ut quod imbecillum aetate ac sexu statim captum aut trucidatum sit.* Sed haec singularis loquendi ratio est studio brevitatis formata, si nihil omittere velis ita dicendum
 5 *Adeo improvisus advenit, ut quod imbecillum capere ac trucidare potuerit, id quod etiam factum est.*

[ad p. 318–320] *Quin.* conjunctivum habet (+ idem fere *quod: cur non: quod non* +). *Nihil abest quin sim miserrimus. Nemo est quin viderit* (qui non viderit). $\tau\tilde{O}$ *Quin* opponitur $\tau\tilde{O}$ *An. Dubito Titium valere*, id est an valeat. *Non dubito Titium valere*, id est quin valeat. De reliquis
 10 regula talis. *Quia, Quoniam[,] quando[,] quandoquidem, quatenus, cum* et *quod* significationes extra operationem intellectus in rei veritate quid esse, indicativum asciscunt; alias conjunctivum. Hinc discimus fundamentum interpretandi Constructionem accusativi cum infinitivo. Nam si orationi constanti ex accusativo et infinitivo praeponitur verbum voluntatis aut facultatis, exponitur per *ut*. Haec namque sunt finis gratia. *Volo te facere*, id est, ut facias. *Justum*
 15 *est hoc fieri*, id est ut fiat. *Oportet fieri*, id est ut fiat.

[ad p. 320 sq.] Modalia: *necesse est, potest, non potest, contingit*, accuratam merentur considerationem. $\tau\tilde{O}$ *necessarium* significat aliquando Coactionem[,] $\tau\tilde{O}$ *contingit* tendentiam ad esse vel non esse. Qua in significatione interpretatio fit per *ut*, quae particula finem denotat[.] *Necesse est homicidam lege divina mori*, id est lex vult ut moriatur. *Contingit*
 20 *hominem fieri doctum* id est ut fiat doctus. Sed cum dicimus: *necesse est trianguli tres angulos esse duobus rectis aequales* interpretatio erit: *quod triangulum habet tres ang. aequ. 2 rectis necessarium est* (+ quidni, necesse est ut habeat? +). Si quis sit doctus, et dicatur contingere eum esse doctum, dicetur *quod Titius doctus est, contingit*. Quando dicitur *Verum est Stichum furatum esse* interpretatio fit per *quod*. Sic *scio sentio opinor, obliviscor[,] Maevium esse*
 25 *doctum* exponimus per *quod*. Quia tamen $\tau\tilde{O}$ *esse* in his propositionibus a conceptu intellectus pendet, hinc conjunctivus. Aliquando tamen indicativus [ad] certitudinem. Cic. 1. *de nat. deorum. Apparet quod aliud a terra sumsimus aliud ab humore*. Quando infinitivus cum accusativo dicit causam, constructio $\tau\tilde{O}$ *quod* exponentis fit cum indicativo v.g. *haec perfecta esse gaudeo*, id est quod perfecta sunt[.]

7 *quod non erg. L* 13 verbum (1) volendi, (2) voluntatis *L* 19 est (1) necesse est ut n (2) lex *L*
 26 ab *L* ändert Hrsgr. 27 *humore. (1) Cum | (2) Quando ers. | L*

2f. *Sed ... sit:* TACITUS, *Annales*, I, 56, 3. 7f. *Nihil ... miserrimus:* CICERO, *Epistolae ad Atticum*, XI, 15, 3. 8 *Nemo ... viderit:* vgl. CICERO, *In C. Verrem orationes sex*, actio secunda, V, 140 u. IV, 7. 27 *Apparet ... humore:* vgl. CICERO, *De natura deorum*, II, 18, 56.

[ad p. 321] DE CONCLUSIVIS CONJUNCTIONIBUS haec notanda. *Ergo* et *igitur* brevioribus conclusionibus competunt, *quare* et *quamobrem* longioribus.

EXPLANATIVARUM significatio coincidit cum causalium significatione. Causae enim τὸ ὄτι explanant et perspicuum reddunt. Quae ratio quare *Utpote* et *quippe* saepe causam significant. De his regula: *Utpote* et *quippe* sequente *qui* habent indicativum et conjunctivum; sequente *quum* conjunctivum tantum. 5

Nos utpote qui nihil pertimescere solemus *Utpote cum satis habeat autoritatis.*
quippe *quippe cum*

[ad p. 322] De ELECTIVIS conjunctionibus post constructionem pronominum dicitur.

De constructione pronominum

10

38 r^o

[ad p. 322 sq.] Species pronominum has tradunt: demonstrativa, relativa et reciproca, interrogativa, possessiva, gentilia. Quibus addunt nonnulli Collectiva, prohibitiva[,] conditionalia, Emphatica. Demonstrativa Scaligero [repraesentativa], quod rem quasi praesentem exhibeant. Nos supra diximus significare differentias individuales seu numericas, individua enim ut subtiliter tradit Aristoteles numero differunt. In orationibus sic numerus observatur, ut 15 persona loquentis sit prima, *Ego*. Persona ejus ad quem loquitur secunda, sub tertia comprehenduntur reliquae personae aut res de quibus sermo[.] Sed horum iterum est numerus a distantia.

<i>Hic.</i>	<i>Iste.</i>	<i>Ille.</i>	<i>Is.</i>
propinqua	remota	remotissima	remotissima
} praesens			

20

Interdum inversum Livius, *melior certa pax quam sperata victoria, haec in tua, illa in deorum manu* sita est (+ forte quod Livius non orationis ordinem sed rei ad nos situm spectavit. Est enim pax prope apud nos, victoria procul apud deos +). *Iste* in contemptum et indignationem 25 adhiberi solet[,] *ille* excellentiam et dignitatem [significat] (+ quasi qui ex longinquo spectetur +). *Hic*, Emphasin.

13 repraesentativa *erg. Hrsg. nach Felden* 23 Livius, *erg. L* 25 *Iste (1) fere (2) in L*
 26 significat *erg. Hrsg. nach Felden*

7 *Nos ... solemus*: vgl. CICERO, *Epistolae ad Atticum*, II, 24, 4. 7 *Utpote ... autoritatis*: vgl. CICERO, *De officiis libri tres*, II, 9, 34. 13f. Demonstrativa ... exhibeant: vgl. J. C. SCALIGER, *De causis linguae latinae libri tredecim*, lib. VI, cap. 128 (Lyon 1540, S. 262). 14f. individua ... differunt: vgl. ARISTOTELES, *Categoriae*, cap. 2, 1b7. 23f. *melior ... est*: vgl. LIVIUS, *Ab urbe condita*, XXX, 30, 19.

[ad p. 323] RELATIVA: *ille ipse, is, qui, idem*[,] interdum et *hic* et *iste*. *Ille* refert orationem subjectam seu quae hanc particulam sequitur, ad illam personam vel rem cujus in praecedenti oratione facta est mentio. *Ipsa (ipsus) ille ipse. Id ipsum, ipsemet.*

[ad p. 323–325] *Idem. Nemo potest qui non idem prudens est, justus esse.* His relativis annumerant voces quae relationem dicunt substantiae, *Alius, alter, caeterus, reliquus*; Accidentis: *qualis, quantus, quot quotus* extra interrogationem posita.

Alius, alter. Illa vox de multis, haec de duobus[.]

Qualis, quantus quot, his respondent: *talis, tantus, tot.*

An non pronomibus accensenda: *omnis, nullus, ullus, solus, totus, quidam, aliquis, Nonnulli, Multi, plures, uter, Neuter* (quemadmodum et *alter*). *Alteruter, uterque.* Item collectiva: *quisque, quisquis, quivis, quilibet, quicumque, unusquisque, singuli quotquot.* Sed cum nos pronomina referamus ad nomina id frustra disputatur. Si tamen definitionem nostram pronominum retinemus, haud dubie pronomina sunt. *Nullus, Ullus, Solus, Totus, Uter, Neuter, Alteruter, Uterque* declinantur ad modum reliquorum pronominum, *ille, iste* etc.

[ad p. 325] *Omnis* considerata logicis, praesertim in parvis logicalibus non unam habet significationem, nam vel apponitur nomini colectivo, vel ei quod admittit distributionem. Quando nomini colectivo apponitur, significat idem ac totum v. g. *omnis populus. Omne* aufertur, quando nulla pars reliqua. Distributive sumitur distributione vel in singula generum, vel in genera singulorum. In singula generum, quando numerat singula individua, sub universo comprehensa. Id est nihil individui sub subjecto sumi posse, de quo praedicatum non dicatur; in genera singulorum quando nulla species sub subjecto sumi potest, cui non praedicatum insit[.] Cum distributive significat vim partitivae vocis habet, et construitur aliquando cum genitivo, ut, Liv. lib. 1. *Bell. Maced. Macedonum fere omnibus, quibusdam Andriorum.*

Nullus id est non ullus, vel ne ullus. *Ullus* est quasi unus aliquis. Itaque *nullus* nec unus aliquis.

[ad p. 326] *Quicumque, quilibet, quisquis* voces distributivae (+ quicumque hominum +)[.] ICTis *qualisqualis. Quilibet,* omne individuum sine discrimine. *Quisque* et partitive[:] *quemque obviorum.*

Universum, huic contradistinguntur *singuli, unusquisque.*

[ad p. 327] *Totum* definit Arist. 5 *Met.* 26. cujus nulla pars abest eorum ex quibus totum dicitur. Item quod continet contenta, ut unum aliquod fiat.

8f. *tot. (1) quotus* respondi *primus, secundus,* etc. (2) An *L* 18 *pars (1) aliqua (2) reliqua L*

4 *Nemo ... esse:* vgl. CICERO, *De officiis libri tres*, II, 10, 95. 23 *Macedonum ... Andriorum:* LIVIUS, *Ab urbe condita*, XXXI, 45,7. 30f. *Totum ... dicitur:* vgl. ARISTOTELES, *Metaphysica*, IV, 26, 1023b26 f.

Quidam aliquis[:] *quidam ex advocatis. Neutrum, quod nullius partis est.*

[ad p. 327 sq.] *Uterque* opponitur *neutro[:]* *Utervis. Alteruter*, ex duobus alter. Reciproca pronomina Grammaticis *sui suus*. Definiuntur quae ad eandem personam redeunt quae praecedit, id est (post) transitum a tertia persona ad ipsam rursus reflectuntur. Differuntque a caeteris relativis, quae ad quamcunque tertiam personam referuntur, cum reciproca significant eam tantum, quae proxime verbum tertiae personae antecessit *hera orare jussit, ad se ut venias*.

[ad p. 328] INTERROGATIVA, *quis, qui, Ecquis, Ecquisnam, Quisnam Nunquis, Quisve, cujus cujas*. Nonnulli ea vocant indefinita quia extra interrogationem posita, cum conjunctivo construuntur v. g. *nescio quis venerit*. Sunt qui dividant interrogativa, quod aliae interrogant de nomine, aliae de verbo. Illa vocant pronomina, haec adverbia.

POSSESSIVA *meus tuus*. Non tantum possessionem significant sed et relationem substantiarum singularium ad se invicem. Quod me decet dicitur *meum* ut *Non est mentiri meum*. *Meum* et *cujus* principium existo; ut *mea oratio*. *Suus*, in quo suarum actionum principium est, *vindicta postquam meus a praetore recessi*.

[ad p. 328 sq.] GENTILIA *Nostras vestras*, adhibentur et ad patriam et sectam. His per-pensis dubites an non nomina numeralia sint pronomina, stante definitione, quod pronomina sint nomina significantia numerum, seu dicentia differentias individuorum, utique pronomina sunt. Numeralium sex species, cardinalia ordinalia distributiva, multiplicativa, proportionalia et denique quae numerum certa in re exprimunt.

38 v^o

[ad p. 328 (bis)] Cardinalia numerum absolute significant quibus respondetur ad quaestionem *quot?* *Unus duo, tres, tria[:]* Ordinalia ordinem significant, respondent ad quaestionem *quotus?* *Primus secundus. Primanus secundanus*, id est qui primi secundive ordinis est.

Distributiva seu partitiva quae eundem numerum singulis multorum distribuunt; *singuli, bini, terni vel trini[:]*

Multiplicativa definiuntur quae partium aut specierum rei varietatem summarie exprimunt respondentque ad quaestionem *quotuplex?*, v. g. *simplex duplex, multiplex. bipartitus*.

Proportionalia quae proportionem seu habitudinem quanti ad quantum exprimunt, et respondent interroganti *quotuplus?* Nempse *duplus, triplus* etc.

Numerum in certa re exprimunt *binus trinus, bimestris trimestris, biennis triennis[:]* *Grex centenarius. Homo centenarius*. Enunciantur et numeralia substantive v. g. *unitas, Binarus, Ternarius, Ternio, Trias, Bimatus, Trimatus, Biduum, biennium, binoctium*.

5 quae | quae *versehentlich nicht gestr.* | ad L 10 dividant (1) interrogativas (2) interrogativa L
14 et erg. L 27 respondentque ... *quotuplex?* erg. L 30 *trinus* (1) *biennis* (2) *bimestris* L

1 *quidam ex advocatis*: CICERO, *Pro A. Cluentio Habito oratio*, 47. 6f. *hera ... venias*: vgl. TERENTIUS, *Andria*, IV, 2, 4 (687). 13f. *Non ... meum*: vgl. TERENTIUS, *Heautontimorumenos*, III, 2, 38 (549). 15 *vindicta ... recessi*: PERSIUS, *Saturae*, 5, 88. 31 *Grex centenarius*: vgl. M. TERENTIUS VARRO, *De re rustica libri tres*, II, 4, 22, II, 5, 18 u. III, 6, 6.

[ad p. 328 (bis) sq.] Ex hac historia pronominum quaeremus aetiologiam seu causas. Pronomina sunt nomina numerantia, numerantur autem vel substantiae singulares seu individua, vel quae his adhaerent aut insunt. Singularia aut simpliciter numerantur, aut quatenus sunt partes totius. Simpliciter vel habent principium numerandi personam loquentis (unde: *Ego tu, ille. iste*, ut supra), vel in iis de quibus fit sermo. Primum a quo fit initium numerandi est tale vel natura vel ordine vel tempore. Natura quo in unoquoque genere est aliquod primum, a quo reliqua numerantur. Ita et scientiae a principiis. Ordo omnis in numero, nam est dispositio partium secundum prius et posterius, ergo primum in eo, ergo numerus. Hinc ordinalia *primus, secundus*, et (quia ordinum ordo) *primanus secundanus*. Temporis substantia in numero, hinc

10 *anniculus, bimus, et trimulus*.

[ad p. 329 sq.] *Totum* porro vel integrale est vel universale[.] Totum integrale vel substantiale vel quantitativum[.] Totum substantiale homo ut ex anima et corpore. Quantitativum quod partes quantas habet. Quantitas continua vel discreta. Sed quia consideramus partes ut numerabiles de discreta agendum. Numeri partes sunt vel unitates vel numeri. Hinc pronomina

15 *singuli bini terni*, quae distributiva numeralia dicuntur. *Totum* et solet a partium numero denominationem accipere, hinc *duplex, triplex, Bipartitus*. Totum universale distinguitur ab integrali, quod in illo partes totam habent naturam totius[.] Tale significant *omnis, nullus*, generi vel speciei juncta. Significat autem tunc proprie totum universale in propositionibus cum nihil sub subjecto sumi potest de quo totum non dicatur. Quia tamen aliquando limitatur

20 ratione hujus vel alterius individui, vel quia hoc est, vel quia tale ac tantum est vel quia extra numerum determinatum est. Hinc oriuntur pronomina dicentia universum sine exceptione, ut *quicumque quisquis quilibet*. Hinc solent dicere, *omnes quicumque*[.] Partes totius universalis sunt *aliquis, quidam, Nonnullus* quae designant individuum vagum. Huc, *pauci multi, plures plurimi, plerique*. Dicunt enim numerum individuorum sub aliquo subjecto comprehensorum,

25 sed itidem incertum, quemadmodum et *caeteri, reliqui*. Constat *universum* ex duobus vel pluribus. De duobus, *uter alteruter*[.] *alter, neuter*.

[ad p. 330–332] Numerorum quaedam affectio est proportio, haec enim in numerorum relatione consistit. Hinc numeralia proportionalia, *duplus, triplus quadruplus*[.] Hujus est imitatio in rebus. Vel enim substantia ad substantiam secundum se refertur, vel secundum ea

30 quae inhaerent accidentia[.] Substantia ad substantiam refertur, vel quatenus eadem est, vel diversa. Hinc *idem diversus alius*, vel quatenus una in utrisque [qualitas], hinc, *qualis talis, similis dissimilis*. Vel quatenus inest una quantitas ut *quot tot, quantum tantum*[.] *Aequale inaequale*. Quae ad aliquam substantiam habent relationem et una voce efferuntur nec tamen

substantiva sunt[,] adjectivis communibus annumerantur. De quibus hic non est sermo[.] Quia vero contingit integras orationes loco adjectivorum esse (prout in adverbis diximus cum de duobus ablativis consequentiam designantibus ageremus) inserviunt huic rei pronomina relativa v. g. *habeo tibi honorem quo dignus es*, est enim oratio *quo dignus es*, loco adjectivi[.] 5
Sunt ergo relativa pronomina ad hoc inventa, ut in modum adjectivorum construantur cum substantivis et ad substantiva referant integras orationes, ut sit instar adjectivi. Haec pronomina: *ille ipse qui*, *is idem* significant in propositionibus unum numero, cum re vel persona quae praecessit. Sed de relativis pronomibus dubitari potest, an non potius dicenda sint conjunctiones declinabiles[,] quod tunc apparebit, cum de constructione dicitur.

[ad p. 332 sq.] Possessiva pronomina oriuntur, quod ut genitivos substantivorum solemus 10
in adjectiva convertere (*Ensis Evandri, Evandrius*)[,.] ita loco substantivorum, quae in genitivo poni consuevere, ponamus adjectiva pronomina primam et secundam personam significantia, v. g. *id non debet facere imperator* dicimus *id facere non est imperatorium*. Imperator de se loquens, dicit *non est meum*. Hinc per adjectos genitivos possessiva declarantur. *Tuum, hominis simplicis, pectus vidimus*, Cic. *Philipp. 2. Id. ad Brut. Vestris paucorum laudibus* 15
respondebo. Et flecti et nostros vidisti flectis ocellos. Quaeritur cur non utantur promiscue genitivis *mei tui*, loco adjectivorum *meus tuus*. Grammatici hanc formant regulam: pronomina substantive usurpata adjiciuntur in genitivo verbalibus atque iis quae animi affectum aut facultatem significant; possessiva vero seu adjectiva, iisdem passive sumtis, v. g. *amor mei*, id est quo alter me prosequitur; *amor meus*, id est quo ego alterum prosequor. Notant vero etiam 20
active sumtis substantivis possessiva seu adjectiva jungi. *Invidia mea* (Cic. 1. *Catil.*), id est aliorum erga me, *odio tuo*, id est tui. *Mea causa*, id est mei. Interdum concurrunt observata distinctione regulae, *Grata est mihi vehementer memoria nostri tua*. Quod arguit regulariter observandum quod Grammatici tradunt.

[ad p. 334 sq.] *Metus tui*, et *de te*. 25

Fastidium magis cum genitivo, quia *fastidire*, verbum, *fastidit mei. Potestas facultas copia* eodem modo construuntur, nam idem significant. Ut *copia sui facere potestatem*[.]

4 oratio erg. L 14 per (1) adjectivos (2) adjectos L 14 possessiva (1) declarantur (2) declarantur L

11 *Ensis Evandri*: vgl. VERGIL, *Aeneis*, X, 394. 14f. *Tuum ... vidimus*: CICERO, *Orationes Philippicae*, II, 111. 15f. *Vestris ... respondebo*: vgl. CICERO, *Epistolae ad M. Junium Brutum*, I, 7, 2. 16 *Et ... ocellos*: OVID, *Heroides*, V, 45. 21 *Invidia mea*: vgl. CICERO, *In L. Sergium Catilinam oratio*, vielmehr II, 3 u. II, 15. 22 *odio tuo*: vgl. TERENCE, *Phormio*, V, 9, 27 (1016). 23 *Grata ... tua*: CICERO, *Epistolarum ad familiares libri XVI, XII*, 17, 1. 27 *copia ... potestatem*: bei Felden Bezugnahme auf CICERO, *Epistolae ad Quintum fratrem*, I, 2, 15.

Pars genitivo, cum est pars possidentis. *Parte tamen meliore mei*[.] Contra *fundus est pars mea*, non *mei*. Hinc generaliter dico, quando differentia alicujus Vocis seu Verbalis seu Denotantis affectum et facultatem sumitur ab objecto regulariter adhiberi genitivos *mei*, *tui sui*[.] Nam accusativus objecti, verbis junctus regulariter mutatur in genitivum, si jungatur
5 nomini verbali ut supra diximus. Sed quia nomina affectuum differentiam ab objectis adjective figuratis habere possunt, v. g. *odium Ciceronis Vatianum*, hinc non mirum quandoque dici, *invidia tua*, *odium tuum*, pro *tui*. Haec autem *tua causa*, *tua gratia* adverbiorum vim habent.

[ad p. 335 sq.] Relativorum pronominum duo genera faciunt[.] substantiam repraesentantia *qui quae quod*, *is ea id*[.] accidentalia, *talis tantus*. Substantialia cum antecedente
10 substantivo genere et numero convenire necesse est, non casu, quia *is* sequenti nomini verbo aut praepositioni respondet; Ratio *qui* 1) repraesentat adjectivum praecedentis substantivi, per hoc enim tota oratio vim adjectivi consequitur[.] 2) ipsum substantivum praecedens, aequae enim est, ac si ipsum repetatur ut *locus est quem* (locum) *Syracusas vocant*. Nota[.] si antecedens et consequens sint diversorum generum, relativum ratione generis, etiam sequenti
15 respondet[.] *Saxum antiquum ingens campo qui forte jacebat limes agro positus*. – Relativum ad verbum vel orationem totam relatum neutro genere ponitur. *In tempore veni, quod rerum omnium est primum*. Quando relativum *qui* antecedenti substantivo praepositum, venuste cum eo cohaeret, eodem genere[.] numero et casu, nisi aliae regulae impediant[.] *quem nobis dedisti Eunuchum, quas turbas dedit. Quam quisque norit artem in hac se exerceat*. Relativa acci-
20 dentalia, genus, numerum casum mutantur a substantivis quibus cohaerent.

[ad p. 337] *Quale* significat duo habere unam qualitatem, sic, *quod*, duo habere unam substantiam et videtur esse conjunctio declinabilis. Et sic una fiet regula: Quae unum dicunt vel secundum substantiam vel qualitatem vel quantitatem particulae adinvicem relatae, idem
25 qui *talis qualis, tantus quantus* genus et casum mutantur a substantivis quibus proprie cohaerent.

[ad p. 337 sq.] Interdum *idem cum homine* pro *idem qui homo*. Interdum, *et. Eadem utilitas cujusque et universorum*. Quae particulae orationes copulant[.] sunt conjunctiones ex definitione. Cur haec conjunctio declinabilis, causa, quia jungit in modum adjectivi. Unde

11 Ratio erg. L 11 1) erg. L 12 oratio (I) qui (2) vim L 13 repetatur (I) . locus (2) ut
locus L 20 numerum (I) personam | (2) casum ers. | L 21 habere (I) unum substantiae qualis, sic (2)
unam L 27 universorum. (I) Cum (2) Quae L

1 *Parte ... mei*: OVID, *Metamorphoses*, XV, 875. 13 *locus ... vocant*: SUTTON, *De vita Caesarum*, Augustus, 72, 2. 15 *Saxum ... positus*: VERGIL, *Aeneis*, XII, 897 f. 16 f. *In ... primum*: vgl. TERENCE, *Heautontimorumenos*, II, 2, 123 (364 f.). 18 f. *quem ... dedit*: vgl. TERENCE, *Eunuchus*, IV, 3, 11 (653). 19 *Quam ... exerceat*: CICERO, *Tusculanae disputationes*, I, 18, 41. 26 f. *Eadem ... universorum*: vgl. CICERO, *De officiis libri tres*, III, 6, 26.

quando idem significat, *quod*, ac conjunctio causalis, conjunctivum asciscit. Caetera quoque pronomina conjunctionum ordinis naturam induunt. *Ego quidem veni, tu vero aberas*.

[ad p. 339 sq.] Circa reciproca res impedita. *sui* et *suus*. Regulae receptae: nunquam jungitur verbo primae vel secundae personae. *Dedi sibi, fui secum*[.] Non obstat Cicero. *priusquam tu suum sibi venderes ipse possedit*. Sed *suum sibi* ibi sumitur, pro eo quod maxime proprium est. Reciproco *sui sibi se* utuntur latini, primo quando tertia persona immediate transit in seipsam, 2^o quando actio [posterioris] verbi retransit et in tertiam personam verbi prioris. Pro priori, obliviscitur *sui*. Posterioris[,] [*orare*] *jussit hera Chrysidem ad se ut veniat*. Circa hoc dubitari potest an non id contingat vitio latinae linguae. Nam *tò ad se* videtur reflectere non ad *heram*, sed ad *Chrysidem*. Quid enim si Chrysis ex ira extra se sit, dici potest; *orare jussit hera, Chrysidem ad se ut veniat*. Coguntur et a regula ista aliquando recedere, ne incongrue loquantur. Cic. 3 offic. *Perfuga Fabricio pollicitus est, si praemium ei* (pro sibi) *proposuisset se Pyrrhum veneno necaturum*. Curt. lib. 9. *Abisari Alexander nuntiari jussit, si gravaretur ad se venire, ipsum ad eum venturum esse*. Ne scil. reciprocum bis repetatur. Cicero alias stricte inhaeret regulae. Sed vitio linguae latinae fieri existimavi[.] Nam Germani hoc non observant. *Die frau laßet sie bitten, sie möchte zu ihr kommen, nicht, zu sich*. Hinc non facile regulae reciprocorum a Germanis capiuntur.

[ad p. 340 sq.] Reciproco *suus* utimur 1^o quando tertia persona immediate transit in rem a se possessam[,] 2^o quando actio posterioris verbi retransit in personam prioris verbi tamquam in possidentem, tertio quando res possessa in possessorem agit. *Cererem a Verre ex suis templis sublatam. Pythius piscatores ad se vocavit, et rogavit, ut piscarentur ante suos hortos*. Sed hic amphibolia nascitur[,] dubium enim horti Pythii an piscatorum. *Et sua riserunt secula Maeonidem*.

[ad p. 341] In reciprocatione simplici si praepositio intercedit promiscue vel per reciprocum *suus*, vel per genitivum relatorum loqui licet. *Cepi columbam cum pullis suis in nido suo, et cum pullis ejus in nido ejus*. Sed licet concedatur hanc regulam procedere, quando verbum primae vel secundae personae est, multum tamen interesse videtur, an reciproco an

3 *suus*. (1) *Precis* (2) *Regulae L* 7 *prioris L ändert Hrsg. nach Felden* 8 *errare L ändert Hrsg. nach Felden* 8 *Chrysidem erg. L* 10f. *potest; (1) suadere jussit (2) orare L* 27 *est (1) | non versehentlich nicht gestr. | tamen (2) multum L*

5 *priusquam ... possedit*: CICERO, *Orationes Philippicae*, II, 96. 8 [*orare*] ... *veniat*: vgl. TERENTIUS, *Andria*, IV, 2, 4 (687). 12f. *Perfuga ... necaturum*: vgl. CICERO, *De officiis libri tres*, III, 22, 86. 13f. *Abisari ... esse*: vgl. QU. CURTIUS RUFUS, *Historiae Alexandri libri qui supersunt*, IX, 1, 8. 20f. *Cererem ... sublatam*: vgl. CICERO, *In C. Verrem orationes sex*, actio secunda, IV, 109. 21f. *Pythius ... hortos*: vgl. CICERO, *De officiis libri tres*, III, 14, 58. 22f. *Et ... Maeonidem*: vgl. MARTIAL, *Epigrammatum libri XV*, V, 10, 7.

genitivo relativi utaris si sit tertiae personae verbum. Amphibolia est si dicas: *aquila cepit columbam cum pullis suis*. Dicendum *ejus*. Addunt ipsi Grammatici limitationes. Reciproco *suus* et non relativo utendum, si nomen adjectivum[,]⁸ participium aut verbum additum sit, ad quod referatur possessio *incidit in leonem iratum ob amissam praedam suam*, non *ejus*.

5 Si conjunctio obliquos casus intercedat, reciprocum non habere locum. *Cepi ursam et catulos ejus[,] non suos*.

Quando in reciprocatione simplici tres personae tertiae sunt et possessio ad personam secundo loco positam refertur vitandae ambiguitatis gratia adhibetur genitivus relativi *vulpes cepit gallinam cum pullis ejus[,]*

10 Cum de duobus loquimur, pronomen reciprocum refert principale suppositum verbi[,] relativum vero respicit obliquum casum a verbo gubernatum, *Petrus diligit Johannem et filium suum et filium ejus*.

[ad p. 342] *Quisque unusquisque* reciproco pronomine gaudent. *Quisque suos patimur manes*.

15 Quoties nominativos vel accusativos sequitur praepositio *inter*, tunc per reciprocum *se* fit relatio[,] quod si genitivus dativus vel ablativus praecedat, tam relativis quam reciprocis locus est. *Omnes partes inter se consentiunt[,]*

Sed haec regula fallax. Nam *Grammaticis inter se certantibus rident auditores*; non *inter ipsos*. Hinc patet imperfectio hujus constructionis[.]

20 De numeralibus non est cur regulas grammaticorum repetamus.

[ad p. 344] Item de interrogativis et redditivis[.]

[ad p. 345] De INTERJECTIONIBUS, si sunt partes[,] erunt vel propositionum vel descriptionum. Sed neutrae sunt. Revera sunt voces quae passiones animi repraesentant. Hinc secundum passiones distinguuntur. [ad p. 346] Videntur iis annumerari posse adverbia demonstrandi

25 *En Ecce Hem*, denotant improvisum et repentinum[.] Obstat huic sententiae de interjectionibus nostrae, quod construantur cum casibus. [ad p. 347] *Hem tibi. Proh sancte Jupiter[,]* Sed dicendum nominativum et vocativum nullam significare differentiam, accusativum et dativum regi a verbo quod subicitur. Hinc *Eccum, Eccam[,]* Est tamen interjectio quatenus improvisum quid denotat[.]

30 ⁸ adjectivum: Am Rand von Leibniz' Hand: NB

1 verbum. (1) ut aquila co (2) ut (3) Amphibolia L 20–22 repetamus. (1) Si (2) | Item ... redditivis erg. | De L 26 Jupiter (1) Nam | (2) Sed ers. | L

13f. *Quisque ... manes*: VERGIL, *Aeneis*, VI, 743. 17 *Omnes ... consentiunt*: CICERO, *De officiis libri tres*, I, 28, 98.

[ad p. 348 sq.] Figurae grammaticae: usitatus modus construendi mutatur vel retinetur[.] Mutatur vel ordine turbato vel inverso construendi modo vel inusitata constructione (peregrina obsoleta). Retinetur constructio, et tunc vel aliquid omittitur, vel superest vel magis refertur aliquid phantasma a voce repraesentatum quam ipsam vocem[.]

[ad p. 359] Quod postremum fit in figura quae dicitur synthesis. *Pars epulis onerant mensas*[.] 5

Tantum. Finis.

2 vel ... modo *erg. L* 7 Tantum. (1) ⟨-⟩ (2) Finis. *L*

5f. *Pars ... mensas*: VERGIL, *Georgica* IV, 378.